x 1.

XXIII n 69

1807
1643
164
1807

Iuris Studiosus

Obdajsaidze
Ven. Sieradski

~~Starmey ... 96~~

V. L.

XIV m. 30

~~Sieradzki~~

425

E.IX. 25

M. VAL.
MARTIALIS
EPIGRAMMATON
LIBRI XII.

XENIORVM LIB: I.
APOPHORETORVM LIB: I.

OMNI RERVM ET VERBORVM obscenitate sublata, mendisq; plurimis ad optimorum auctorum & exemplarium fidem, ex fide castigatis.

ACCESSIT GEMINVS INDEX Musarum tyronibus vtilissimus. Prior, *locorum communium:* Posterior, *omnium lemmatum & inscriptionum.*

Cura & studio MATTHÆI RADERI è Societate IESV.



Cum Priuilegio S. R. M. Poloniæ & Sueciæ.

DANTISCI,
Sumptibus GEORGII FÖRSTERI
Anno 1648.

PRÆFATIO.

DIſciplinas liberales à So-
cietate noſtra cùm ſacras tùm ciuiles,
quas religionis profeſſio non excludit,
tradi, ſolitas non ſolùm norunt omnes,
ſed probant etiam quicunq; de re lite-
raria melius exiſtimant. Neq; rationem huius inſtituti
noſtri quiſquam opinor, exigit, niſi qui aut parum aut
nihil rationis habet, cùm res ipſa iam ratioque pro ſe
loquantur Martialem autem (non effrontem illum, ſed
iam ad omnem honeſtatem, verecundiam, & modeſti-
am compoſitum) in ſacra Muſarum templa atq; cen-
ſum auctorum publicè prælegendorum, quos quidem
in omni genere doctrinæ præſtantiſſimos proponimus,
ob inſigne ingenium plurimaſq; & maximas ſtudiorum
vtilitates adſciſcendum putauimus, qui velut condi-
mentum reliquorum ſcriptorum, qui vnum ferè quid-
dam perſequuntur, ſale, pipere, melle, felle etiam a-
ceroq; prælectiones imbueret, ſubindeque, præſertim
cum à grauioribus per æſtuoſi ſideris ardores ceſſatur,
vicarias aliorum partes ageret, & fatigatos iuuenum a-
nimos, ſomnoue languidos, vel calore fractos ad ala-
critatem hilaritatemque excitaret, idq; non ſine ingen-
ti ſtudiorum emolumento. Hoc enim propemodum
auſim confirmare, hunc vnum Martialem, & eleganti-
am ingenii, doctrinæ varietatem, rerum & plurimarum
& pulcherrimarum cognitionem ſubſidii adferre non
minus, quam pleroſque alios omnes. Stylum poliant
alii

alii potius rem certè (quamuis nec ab illo ieiunus aut inops sit) & eruditionem aliis Parem, aut maiorem etiam adferet iste, quem omnis fere antiquitatis velut indicem iure appellarim. Quis enim hodie scriptor paulò nobilior, veterumq; monumentorum inuestigator extat diligentior, qui non sæpius testem laudet Martialem? Quid in Theatro, Circo, Amphitheatro, Naumachiis, Orchestra, Equestribus, Popularibus spectatur, dicitur, pugnatur, quod non tangat Martialis? Quid in aula, quid extra, quid in vrbe, quid extra vrbem, quid in foro, fanis ædibus, hortis, suburbiis, thermis, quid domi ruriue, quid in Italia, Hispania, Germania, Dacia, Scythia, Sarmatia bellatur, geritur, narratur, quod taceat Martialis? Martialis conuiuia publica, priuataq; instruit, omnia tibi ciborrm genera opponit, omnia vina vetera, nouaque propinat: vt meritò suspicentur viri docti, poëtam ob hos tam frequentes conuiuiorum apparatus, cocum fuisse indigitatũ. quamquam auctorem habeo, præter alios Lampridium, qui in Alexandro Seuero, hoc eum nomine velut proprio & suo appellat.. IdemMartialis in ipsis conuiuiis ritus accubationum, ad numerum bibendi morem, sermonem argumenta tractat, Idem totius diei tempora partitur, & quid singulis horis dictum factumq; exponit. *I*dem leges, nunc priscas, nunc suo æuo latas, aut reuocatas memorat, Idem sacra & sacrorum festos dies vrbis populiq; mores vitam, virtutes, vitiaq; graphicè depingit. Nulla deniq; ferè antiquitatis pars est quam intactam prætereat Martialis. vt vel hoc vno nomine à magistrorum cathedris, & discipulorum auribus non sit excludendus, De ingenio poëtæ quid dicam? Martialis acumine opus sit

ad omnes epigrammatum argutias, lepores ludos, iocoſq; perſpiciendos & explanandos. potuitne vel artificioſiꝰ, vel ingenioſiꝰ hominũ labes & vitioſitates emẽdare? emẽdatꝰ agnoſcit, Poëta tamẽ ignoſcit nec ſe moneri putat, qui ſe admonitũ ſẽtit. Quã benè malos poëtas ex agitat? quàm malè bonos fures tractat quàm doctè indoctos ridet medicos: quam diſertè in fantes cauſidicos irridet. Quam occultè tangit ſontes: quam aperte prodit diſſimulatores, quam acerbus in Zoilos, quàm blandus in amicos: quàm verus in fictos, nunquam tamen fictus in veros. Adulationes non excuſo, quamuis eas improba neceſſitas expreſſerit, & egeſtas laſciua etiam accuſo, imò penitus expungo atq; erado. iam ſi Latini, ſermonis opes quæris, quam inops eius recula, tam diues eiuſdem lingua fuit, teſtantur hoc tot, ac tantæ, & tam variæ nobileſq; hortorum, ædium, nemorum ſyluarum, fontium, thermarum, littorum villarumq; deſcriptiones, quantus verborum apparatus in cænis & xenis, quæ non ex apophoretorum lectione munera domum aufers? Vt Perottus de lingua Latina quoquo modo ſpripturus ex huius poëtæ rerum verborumq; copia ſuum κέρας ἀμαλθεια putauerit implendum. Ad vſum porrò ſcribendi, noſtrorumq; temporum ingenium, quod longos logos faſtidit, breuia, acuta, piperata dicta, vel maximè amat, quid aptius lectiuſq; deligas? Habes hic (quæ hodie frequentantur) natalitia, habes epitaphia, ſalutationes, gratulationes, laudes, petitiones, iocos, riſus, ſales, & quidquid in vllo ferè argumenti genere deſiderare poſſis. Quæ quidem omnia diſputaui copioſius, vt intelligeretur, cur, hunc poëtam in gymnaſiis noſtris ex-

ponen-

ponendum publicè susceperimus, eiusq; linguam, vbi petulantior castigauerimus, quod aliàs ad iuuentutem nostrã adspirare non posset, nisi disceret ante verecundo sanctius ore loqui. Tam nobile vero ingenium à scholis prorsus relegare, operæ pretium esse nequaquam videbatur. Dabunt ergo veniam ii qui minus videntur probare cum huiusmodi poëtis inquinata vestis detrahitur, puraq; toga relinquitur. Scimus, quod non solum magnus ille Plato. & Platone maior Aristoteles, quid Plutarchus cæteriq; cùm Philosophi, tum Oratores, & Poëtæ tàm Græci quàm Latini de honesta iuuentutis institutione scripserint, sed quid etiam diuina lex, quid sanctissimorum Ecclesiæ Romanæ Patrum decreta, quid ratio, natura, religio præscripserint: à quibus discedere est à natura, religione, Deoq; ipso desciscere, nescire quædã, sciẽtia est & scire quæ scienti obsint inscitia. Praua igitur relinquẽda deligẽda sãcta, vel certè quæ prodesse sẽper, obesse nunquã possint. Cæterùm, anceps me diu deliberatio tenuit, quem in editione modum ordinemque sequerer. Fuêre qui suaderent vnius argumenti epigrammata tyronum causâ in vnum locum conferenda, vt de vno aliquo genere, hoc illoue scripturis, eiusdum rei plura exempla occurrerent, vnumq; sub aspectum proponerentur, quæ crescentes illi vates æmulari, & palatini Musarum alumni imitari possent. Atque hac ratione Græcorum Antologiam ab Agathia primùm collectam, deinde à Maximo Planude Constantinopolitano Monacho in locos communes digestam hodie legimus. Et verò ipse Martialis ante annos quinquaginta & amplius, per capita, non libros distributos, Tiguri, impuris

etiam reiectis, exist. Sed aiunt improbè facere, qui in alieno libro velit esse ingeniosus. Facile improbitatem hanc refutarem, si ita reipub: literariæ magis expedire arbitrarer. Alia video & plura & maiora incommoda, quæ me à sententia auocant. Vt epistolis omnibus, ita lectissimis quibusdam epigrammatis locus non esset si loco mouerentur, quæ enim suo in ordine, suáque velut statione venustatem leporemque habent, mota gradu vim, gratiam, omnèmque dignitatem cum loco amittunt. Accedit quod me maximè ab ista compositione carminum deterret, perturbatissima numerorum ratio, quæ lectori commentariorum nostrorum (quos propediem in literas & publicum, si Deus auctor, emittimus) magnam creatura molestiam videbatur, cum iam nunc etiam integra mirum, quantum inter se exẽplaria discrepent. Itaq; plurium iudicio cum Sociorum, tum aliorum, quos in hac re in consilium adhibui, Epigrammata Martialis, vt ab ipso poëta creduntur distributa, sic edēnda curaui, vt nihil nisi numerus Epigrammatum mutaretur, cuius rationem suo loco intelliges. Quam ad oras paginarum, variam lectionem vides, partim ex Iusti Lipsii C. V. notis ad nos meritò gratos ac memores, missis, partim ex Andreæ Schotti nostratis, aliorumq; obseruationibus, & nostra cura animaduersam adiectamq; scias. Locorum communium syllabum, alterumq; lemmatum omnium indicem subiecimus, vt ordinem illum de quo superius est dictum, haud magnoperè curaturus sis, cum in eius locum, collecta rerum inscriptionumq; capita successura sint. Augustæ Vindelicorum è Collegio Societatis IESU, M. D. XCIX.

M. VAL: MARTIALIS VITA EX PETRO CRINITO.

M. Valerius Mart. genere Hispanus fuit, Bibili natus, haud nobili oppido Celtiberiæ, vt veteres auctores tradunt: & ipse Martialis cùm pluribus locis demonstrat, tum maximè his versibus ad Licianum municipem suum.

Vir Celtiberis non tacende gentibus,
　Nostræquè laus Hispaniæ,
Videbis altam, Liciane Bibilim
　Equis, & armis nobilem.

Sub primam ætatem profectus est ad vrbem Romam, quo faciliùs in litterarnm studio versari posset: suumq; ingenium erudire. Sed cùm agendis caussi minimè se idoneum videret: omnem operam atq; diligentiam retulit ad scribenda epigrammata: in quibus magnoperè excelluit judicio veterum. Maximè autem valuit in promerendis sibi atq; conciliandis hominum studijs: Adeò vrbanitate & salibus præstitit. Relata suut à C. Plin. permulta de ingenio & eruditione Val. Martialis, quibus satis colligere possumus, quanti fecerit hunc ipsum Poëtam quantumq; illius versibus oblectari consueuerit: sic enim scribit. Fuit Martial. ingenio acri & qui plurimum in scribendo & salis haberet, & fellis: neq; candoris minus. Itaq; minimè mirari oportet si Ælius Verus Imperator, qui Cæsari Hadriano gratissimus fuit. solitus est singulari affectu prosequi lepores atq; jocos Poëtæ Martialis, suumque Virgilium vocare. Neque dubium est, illum Romæ publicis honoribus ornatum, atq; honestatum fuisse. Nam equestti dignitate donatus

natus est, & pratura, & iure trium liberorum, vt ipse de se testatur. Libros XII. Epigrammaton composuit miro ingenio, & singulari vrbanitate, quibus adiecit Xenia, & Apophoreta libellis duobus absoluta. In his secutus est Marsum Poëtam, Pedonem, atque Getulicum. Valerium quoque Catullum, & Licinium Calvum plurimi fecit. qui in hoc scribendi genere insignes habiti sunt. In 12. libro Neruæ, atq; Traiano Imperatori blanditus est, damnatis temporibus Domitiani Cæsaris. Ad eandem refertur spectaculorum liber: qui extra ordinem aliorum habetur à nostris grammaticis: vt vetusti codices probant. Inter amicos præcipuè habuit. Stellam Patauinum, Decianum Silium Italicum. Val: Flaccum, Parthenium, aliosquè cumplures, ad quos sæpenumero scribit. Stertinius vir clarissimus, quem Martialis mutato nomine Auitum appellat, tantum concessit ipsius ingenio atque doctrinæ, vt viuenti adhuc illi imaginem more veterum in sua bibliotheca posuerit. Postremò cùm Martialis foret prouectior, tædio rerum vrbanarum affectus, in patriam rediit, atque in natali solo paulò post interiit non sine lacrymis, ac magno mœrore C. Plinij, vt ingenue testatus est scripta epistola ad Corn. Priscum. De Gargilio Martial dicemus suo loco: qui libros composuit de gestis Imperatorum.

PLI-

PLINIVS IVNIOR
CORNELIO PRISCO.

AVdio Valerium Martialem decessisse, & moleste fero. Erat homo ingeniosus. acutus & qui plurimùm in scribendo & salis haberet, & fellis, nec candoris minus. Prosecutus eram viatico secedentem: dederam hoc amicitiæ, dederam etiam versiculis, quos de me composuit. Fuit moris antiqui, eos, qui vel singulorũ laudes, vel vrbiũ scripserant, aut honoribus aut pecunia ornare. Nostris verò temporibꝰ, vt alia speciosa & egregia, ita hoc imprimis exolevit nam postquã desinimus facere laudanda, laudari quoquè ineptum putamus. Quæris qui sint versiculi, quibus gratiam retulerim? Remitterem te ad ipsum volumen, nisi quosdam tenerem Tu, si placuerint, hi, cæteros in libro requires. Alloquitur Musam. Mandat, vt domum meam in Exquilijs quærat, adeatque reuerenter.

Sed ne tempore non tuo diserta
Pulses ebria januam, videto,
Totos dat tetricæ dies Mineruæ.
Dum centum studet auribus virorum
Hoc, quod sæcula posterique possint
Arpinis quoque comparare chartis.
Seras tutior ibis ad lucernas.
Hæc hora est tua, dum fuerit Lyæus,

Dum regnat rosa; dum madent capilli,
Tum me vel rtgidi legant Catones.

Meritone eum, qui hoc de me scripsit & tunc dimisi amicissimè & nunc amicissimum defunctum esse doleo? dedit enim mihi, quantum maximè potuit, daturus amplius, si potuisset. Tametsi quid homini potest dari maius, quam gloria, laus, & æternitas? Æterna quæ scripsit, non erunt fortassè. ille tamen scripsit, tanquam futura. VALE.

M, VAL.

M. VAL. MARTIALIS
EPIGRAMMATA.

In amphitheatrum Cæsaris Epigramma. I.

BArbara Pyramidum sileat miracula Memphis
* Assiduus jactet nec Babylona labor:
Nec Triuiæ templo molles laudẽtur* honores,
Dissimuletq́; Deum cornibus ara frequens.
Aëre nec vacuo pendentia Mausolea
Laudibus* immodicis Cares in astra ferant.
Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro.
Vnum pro cunctis * fama loquatur opus.

Ad eundem Cæsarem II,

Hic, vbi sidereus propius videt astra colossus,
Et crescunt media pegmata celsa via:
Inuidiosa feri radiebant atria Regis,
Vnaque jam tota stabat in vrbe domus.
Hic, vbi conspicui venerabilis amphitheatri
Erigitur moles, stagna Neronis erant.
Hic, vbi mirantur velocia munera thermas.
Abstulerat miseris tecta superbus ager,
Claudia diffusas vbi poritcus explicat vmbras,
Vltima pars aulæ deficientis erat.
Reddita Romà sibi est, & sũt, te præsule, Cæsar,
Delitciæ populi, quæ fuerant domini.

Ad eundem. III.

Quæ tam. seposita est, quæ gens tam barbara Cæsar

**Assirius legit Alcia-*
** Iones.*
** Innumeris.*
** Historica non Poetica. Lipsius Amphith. cap. 2.*

Ex qua spectator non sit in vrbe tua ?
Veuit ab Orphio cultor Rhodopeius Hæmo,
Venit & epoto Sarmata pastus equo ,
Et qui prima bibit deprensi flumina Nili,
Et quem supremæ Tethyos vnda ferit.
Festinauit Arabs, festinauêre Sabæi,
Et Cilices * nimbis hic maduêre suis.
Crinibus in nodum tortis venêre Sicambri,
Atque aliter tortis crinibus Æthiopes
Vox diuersa sonat, populorum vox tamen vna,
Cùm verus patriæ diceris esse pater.

Ad Cæsarem quòd expulerit delatores, IV.

Turba grauis paci placidæq; inimica quieti,
Quæ semper miseras sollicitabat opes,
Traducta est *Gyaris nec cepit arena nocētes,
Et delator habet quod dabat exilium.
Exulat Ausonia profugus delator ab vrbe ;
Impensis vitam principis annumeres.

Blanditur Cæsari, V.

Belliger inuictis quòd Mars tibi sæuit in armis,
Non satis est,, Cæsar, sæuit & ipsa Venus.
Prostratum Nemees & vasta in valle leonem,
Nobile & Herculeum fama canebat opus.
Prisca fides taceat, nam post tua munera, Cæsar,
Hæc jam fœminea vidimus acta manu.

Pœna Laureoli, VI.

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus
Assiduam * nimio pectore pauit auem.
Nuda Caledonio sic pectora præbuit vrso ,
Non falsa pendens in cruce * Laureolus.

** Cilico Corycione croco.*
** Aldũ sequor & alios Gryphius*
Tradita Gætulis non male junius
Traducta est Getulis vitiosè.
Ad Tutum Cæs. refert hec Lipsius, vt ferè omnia huius libri.
** nudo,*
** latro*

Viue-

Viuebant laceri membris ſtillantibus artus,
  Inque omni nuſquam corpore,corpus erat.
Deniq; ſupplicium dederat necis ille paternæ ,
  Vel domini jugulum foderat enſe nocens.
Templa vel arcano demens ſpoliauerat auro:
  Subdiderat ſæuas vel tibi Roma faces.
Vicerat antiquæ ſceleratus crimina famæ ,
  In quo, quæ fuerat fabula pœna fuit.

Laureolum agens.

De Dædalo. VII.

Dædale, Lucano cum ſic lacereris ab vrſo,
  Quam cuperes pennas nunc habuiſſe tuas.

De rhinocerote. VIII.

Præſtitit exhibitus tota tibi Cæſar arena ,
  Quæ non promiſit, prælia rhinoceros.
O quam terribiles exarſit pronus in iras :
  Quantus erat cornu, cui pila taurus erat?

De leone qui gubernatorem offendit, IX.

Læſerat ingrato leo perfidus ore magiſtrum ,
  Auſus tam notas contemerare manus :
Sed dignas tanto perſoluit crimine pœnas ,
  Et qui non tulerat verbera, tela tulit,
Quos decet eſſe hominum tali ſub principe mores,
  Qui iubet ingenium mitius eſſe feris ?

De Vrſo X.

Præceps ſanguinea dum ſe rotat vrſus arena:
  * Implicitam viſco perdidit ille fugam.
Splendida jam tecto ceſſent venabula ferro,
  Nec volet excuſsâ lancea torta manu.
Deprendat vacuo venator in aëre prædam,
  Si captare feras aucupis arte placet ,

** implicitus.*

De ſue, qua ex vulnere peperit. XI,

Inter Cæſareæ diſcrimina ſæua Dianæ
Fixiſſet grauidam cùm leuis haſta ſuem,
Exiliit partus miſeræ de vulnere matris,
O Lucina ferox,, hoc peperiſſe fuit?
Pluribus illa mori voluiſſet ſaucia telis,
Omnibus vt natis triſte pateret iter.
Quis neget eſſe ſatum materno funere Bac,
chum?
Sic genitum numen credite: nata fera eſt.

De eadem. XII.

Iſta graui telo, confoſſaq; vulnere, mater,
Sus pariter vitam perdidit, atque dedit.
O quam certa fuit librato dextera ferro
Hanc ego Lucinæ credo fuiſſe manum.
Experta eſt numen moriens* vtriuſq; Dianæ
Quaq; ſoluta parens, quaq; perempta fera (eſt,

De ſue prægnante. XIII.

Sus fera iam grauior, maturi* pignora ventris
Emiſit fœtum vulnere facta parens.
Nec iacuit partus, ſed matre cadente cucurrit
O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium,

De Carpophoro. XIV.

Summa tuæ Meleagre fuit quæ gloria famæ,
* Quantula Carpophori gloria fuſus aper?
Ille & præcipiti venabula condidit vrſo,
Primus in Arctoi qui fuit arce poli:
Strauit & ignota ſpectandum mole leonem,
Herculeas potuit qui decuiſſe manus;
Et volucrum longo porrexit vulnere pardum
Præmia cùm laudis ferret, adhuc poterat.

De

* *Lucinæ & venatricis.*
* *Pignore.*
* *Eſt quota.*

De Tauro. XV.

Rapt⁹ abit media quòd ad æthera Taur⁹ are-
Non fuit hoc artis, ſed pietatis, opus (na
Vexerat Europen fraterna per æquora taurus,
At nunc Alciden taurus in aſtra tulit,
Cæſaris atquè Iouis confer nunc* ſtemma* juuentus,
Par onus vt tulerint: altius iſte tulit.

De ſupplice Elephante. XVI.

Quod pi⁹ & ſupplex elephas te Cæſar, adorat;
Hic modo qui tauro tam metuendus erat:
Non facit hoc juſſus, nulloq; docēte magiſtro:
Crede mihi, numen ſentit & ille tuum.

De tigride & leone. XVII.

Lambere ſecuri dextram conſueta magiſtri
Tigris ab Hyrcano gloria rara jugo,
Sæua ferum rabido lacerauit dente leonem.
Res noua, non vllis cognita temporibus.
Auſa eſt tale nihil, ſyluis dum vixit in altis:
Poſtquam inter nos eſt, plus feritatis habet.

De elephante. XVIII,

Qui modò per totam, flammis ſtimulatus arenam.
Suſtulerat raptas taurus in aſtra pilas,
Occubuit tandem cornuto ardore petitus,
Dum facilem tolli ſic elephanra putat.

Aſſentatur Cæſari, XIX.

Dum peteret pars hæc Myrinum, pars illa triumphum,
Promiſit pariter Cæſar vtraque manu.
Non potui melius litem finire iocoſam.

** Schēma. * Iuuēcos confert Iouem & cæſarem vt ille Europā ſic iſte Herculem portauit. Sunt qui Scāma ſcribunt alij ſcemma: iuueci par onus & nec malò.*

** Pecorū legendū, feras enim &*

O dulce inuicti principis ingenium.

pecudes miraculo augẽdo, coniungit.

Ad Cæsarem, XX.

Quicquid in Orphio Rhodope spectâsse theatro
Dicitur, exhibuit, Cæsar arena tibi.
Repserunt scopuli, mirandaque sylua cucurrit,
Quale fuisse nemus creditur Hesperidum.
Affuit immixtum *pecudum genus omne ferarum,
Et supra vatem multa pependit auis.
Ipse sed ingrato iacuit laceratus ab vrso:
Hæc tamen vt res est facta, ita ficta alia est.

** ei Marcilius putat scriptum fuisse.*

De Rhinocerote XXI.

Sollicitant pauidi dum rhinocerota magistri,
Seque diu magnæ colligit ira feræ:
Desperabantur promissi prælia Martis:
Sed tamen * is rediit cognitus ante furor.
Namquè grauem gemino cornu sic extulit * vrsum,
Iactat vt impositas taurus in astra pilas.

** Vrum legunt nonnulli: Seruo vrsum cum Pierio, Marsilio & omnibus editionibus,*

De Carpophoro. XXII,

* Dorica quam certo venabula dirigit ictu
Fortis adhuc teneri dextera Carpophori.
Ille tulit geminos facili ceruice iuvencos,
Illi cessit atrox bubalus atque bisons:
Hunc leo cûm fugeret, præceps in tela cucurrit:
I nunc, & lentas corripe turba moras.

** Norica*

De naumachia Domitiani. XXIII.

Si quis ades longis serus spectatur ab oris
Cui lux prima sacri muneris * ipsa fuit.

** ista.*

Ne

Ne te decipiat ratibus naualis Enyo,
Et par vnda fretis; hic modo terra fuit.
Non credis ? ſpectes, dum * laxent æquora Martem, * laſſent
Parua mora eſt; dices, hic modò pontus erat

De natatoribus, XXIV,

Luſit Nereidum docilis chorus æquore * toto * tuto.
Et vario faciles ordine pinxit aquas.
Fuſcia dente minax, nexu fuit, anchora curuo,
Credidimus remum, credidimuſq; ratem.
Et gratum nautis ſidus fulgere Laconum,
Lataquè perſpicuo vela tumere ſinu.
Quis tantas liquidis artes inuenit in vndis ?
Aut docuit luſus hos thetis, aut didicit.

Blanditur Cæſari. XXV.

Sæcula Carpophorum, Cæſar, ſi priſca tuliſſent
Iam nullum monſtris orbe fuiſſet opus.
Non Marathon taurum, Nemee frondoſa leonem,
Arcas Mænalium non timuiſſet aprum,
Hæc armata manus hydræ mors vna fuiſſet,
Huic percuſſa foret tota Chimæra ſemel.
* Ignipedes poſſet ſine Cholchide vincere tauros: * Æripedas.
Soluere & Heſionem ſolus, & Andromedē.
Herculeæ laudis numeretur gloria: plus eſt
Bis denas pariter perdomuiſſe feras.

Laus Auguſti, XXVI.

Auguſti laudes fuerant, committere claſſes,
Et freta nauali ſollicitare tuba:
Cæſaris hæc noſtri pars eſt quota? vidit in vndis,

Et Thetis ignotas, & Galatea feras,
Vidit in æquoreo feruentes puluere currus,
Et domini Triton ipse putauit equos.
Dumq; parat sæuis ratibus fera prælia Nereus,
Abnuit in liquidis ire pedester aquis,
Quicquid & in circo spectatur, & amphitheatro.
Diues Cæsarea præstitit vnda tibi.
* diri Fucinus, & * pigri taceantur stagna Neronis:
*norunt alias sed placet noin 1. Hanc * norint vnam sæcula Naumachiam.

Ex Appendice Virgiliana de Prisco & Vero, XXVII.

Cum traheret Priscus, traheret, certamina Ver⁹
Esset & æqualis Mars vtriusq; diu:
Missio sæpè viris magno clamore petita est:
Sed Cæsar legi paruit ipse suæ.
* posita *palma. Lex erat ad digitum * positam concurrere * palmam,
Quod licuit lances, donaquè sæpè dedit.
Inuentus tamen est finis discriminis æqui.
Pugnauêre pares, succubuêre pares.
Misit vtriq; rudes, & palmas Cæsar, vtriq;,
Hoc pretium virtus ingeniosa tulit.
Contigit hoc nullo, nisi te sub principe, Cæsar
Cùm duo pugnarent, victor vterq; fuit.

Ex eadem, Fragmentum.

Concita veloces fugeret cùm dama molos-
Et varia lyncas necteret arte mora: (sos,
Cæsaris ante pedes supplex, similisq; roganti
Constitit, & prædam non tetigêre canes.

Hæc

* * *

Hæc intellecto principe dona tulit.
Numen habet Cæſar, ſacra eſt vis, ſacra poteſtas:
Credite mentiri non didicêre feræ.

Ex eadem aliud.

* * *

Da veniam ſubitis, non diſplicuiſſe meretur,
Feſtinat Cæſar qui placuiſſe tibi.

Aliud.

Cedere maiori virtutis fama ſecunda eſt,
Illa grauis palma eſt, quam minor hoſtis habet.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.

LIBER I.

SPero me ſecutum in libellis meis tale temperamentum, vt de illis queri non poſſit, quiſquis de ſe bene ſenſerit, cum ſalua infimarum quoque perſonarum reuerentia ludant: quæ adeò antiquis auctoribus defuit, vt nominibus non tantùm veris abuſi ſint, ſed etiam magnis. At mihi fama vilius conſtet, & probetur in me nouiſſimum ingenium. Videor mihi meo jure facturus, ſi epiſtolam verſibus clauſero.

Ad Lectorem. I.

Hic eſt, quem legis ille, quem requiris,
Toto notus in orbe Martialis,
Argutis epigrammaton libellis.
Cui, Lector ſtudioſe, quod dediſti
Viuenti decus, atque ſentienti,
Rari poſt cineres habent poëtæ.

Ad Lectorem, vbi libri venales. II.

Qui tecum cupis eſſe meos vbicunq; libellos,
Et comites longæ quæris habere viæ;
Hos eme, quos arctat breuibus membrana tabellis
Scrinia da magnis, me manus vna capit.
Ne tamen ignores vbi ſim venalis, & erres
Vrbe vagus tota: me duce certus eris.
Libertum docti Lucenſis quære Secundum,
Limina poſt pacis Palladiumque forum.

Ad librum ſuum, III.

Argiletanas mauis habitare tabernas.
Cum tibi parue liber ſcrinia noſtra vacent?
Neſcis heu neſcis dominæ faſtidia Romæ;
Crede mihi, nimium Martia turba ſapit.
*Rhonchi. Maiores nuſquam*ronchi, iuueneſq; ſeneſq;,
Et pueri naſum rhinocerotis habent.
Ronci. Audieris cùm grande ſophos, dum baſia *captas,
*iactas, Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago.
Sed tu ne toties domini patiare lituras,
Nèue notet luſus triſtis arundo tuos.
Ætherias laſciue cupis volitare per auras.
I, fuge; ſed poteras tutior eſſe domi.

Ad

Ad Cæsarem. IV.

Contigeris nostros Cæsar si fortè libellos,
Terrarum dominum pone supercilium.
Consueuêre iocos vestris quoque ferre triumphis,
Materiam dictis nec pudet esse ducem,
Qua Thymelem spectas derisoremq; Latinum
Illa fronte precor carmina nostra legas.
Innocuos censura potes permittere lusus:
Lasciua est nobis pagina, vita proba est.

Ad Marcum. V.

Do tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis,
Vis puto, cum libro Marce natare tuo.

De Leone Cæsaris. VI.

Ætherias aquila puerum portante per auras
Illæsum timidis vnguibus hæsit onus;
Nunc sua Cæsareos exorat præda leones,
Tutus & ingenti ludit in ore lepus,
Quæ maiora putas miracula? summus vtriq;
Auctor adest, hæc sunt Cæsaris, illa Iouis.

Ad Maximum de columba stellæ. VII.

Stellæ delicium mei columba
Verona licet audiente dicam,
Vicit, maxime passerem Catulli,
Tantò Stella meus tuo Catullo,
Quantò passere maior est columba.

Deciani dogma laudat. VIII.

Quod magni Thraseæ consumatiq; Catonis
Dogmata sic sequeris * talis vt esse velis, *salvus
Pectore nec nudo strictos incurris in enses,
Quod

Quod fecisse velim te, Deciane facis.
Nolo virum, facili redimit qui sanguine famā:
Hunc volo, laudari qui sine morte potest.

Iocatur in Cottam. IX.

Bellus homo & magnus vis idem Cotta videri
Sed qui bellus homo est, Cotta, pusillus homo est.

De Gemello * *& Maronilla, X.*

Petit * Gemellus nuptias Maronillæ,
Et cupit, & instat, & precatur, & donat.
Adeòne pulchra est? immo fœdius nil est.
Quid ergo in illa petitur & placet? * tussit.

* *Venusto,*
* *Venustus.*
* *tussis.*

Ad Sextilianum potorem, XI.

Cum data sint equiti bisquina numismata, quare
Bis decies solus Sextiliane bibis?
Iam defecisset portantes calda ministros,
Si non potares Sextiliane merum.

De Regulo, XII.

Itur ad Herculei gelidas quà Tiburis arces,
Canaq; sulphureis Albula fumat aquis,
Rura, nemusquè sacrum, delectaquè iugera Musis
Signat vicina quartus ab vrbe lapis:
Hic rudis æstiuas præstabat porticus vmbras.
Heu quàm penè novum porticus ausa nefas!
Nam subitò collapsa ruit, cum mole sub illa
Gestatus bijugis Regulus esset equis.
Nimirum * tenuit nostras fortuna querelas,
Quæ par tam magnæ non erat inuidiæ.
Nunc & damna iuuant: sunt ipsa pericula tanti.

* *timuit*

Stan-

Stantia non poterant tecta probare Deos.

De Arria & Pæto. XIII.

Casta suo gladium cùm traderet Arria Pæto.
Quem de visceribus traxerat ipsa suis:
Si qua fides, vulnus, quod feci, non dolet, inquit:
Sed quod tu facies, hoc mihi, Pæte, dolet.

Ad Cæsarem. XIV.

Delicias Cæsar, lusúsque iocosque leonum,
Vidimus: hoc etiam præstat arena tibi:
Cùm prensus blando toties à dente rediret,
Et per aperta vagus curreret ora lepus.
Vnde potest auidus captæ leo parcere prædæ?
Sed tamen esse tuus dicitur; ergo potest.

Ad Iulium. XV.

O mihi post nullos Iuli*memorande sodales,
Si quid longa fides canaque iura valent. *numerande.
Bis iam penè tibi consul trigesimus instat,
Et numerat paucos vix tua vita dies.
Non benè distuleris, videas, quæ posse negari,
Et solum hoc ducas, quod fuit, esse tuum,
Exspectant curæq; catenatique labores,
Gaudia non*remeant, sed fugitiua volant. * remanent.
Hæc vtraq; manu, complexuq; assere toto:
Sæpe fluent imo sic quoque lapsa sinu.
Non est, crede mihi, sapientis dicere, viuam,
Sera nimis vita est crastina: viue hodie.

Ad Auitum, XVI.

Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura,

Quæ

Quæ legis; hîc aliter non fit, Auite, liber.

Ad Titum. XVII.

Cogit me Titus actitare caufas,
Et dicit mihi fæpe, magna res eft.
Res magna eft, Tite quam facit colonus,

Ad Tuccam. XVIII.

Quid te Tucca iuvat vetulo mifcere Falerno
In Vaticanis condita mufta cadis?
Quid tantum fecêre boni tibi peffima vina?
Aut quid fecerunt optima vina mali?
Da nobis facilè eft, fcelus eft iugulare Falernũ,
Et dare Campano toxica * fæua mero.
vina. Conuiuæ meruêre tui fortaffe perire:
Amphora non meruit tam pretiofa mori.

Ad Æliam. XIX.

Si memini, fuerant. tibi quatuor Ælia dentes:
Expuit vna duos tuffis, & vna duos.
Iam fecura potes totis tuffire diebus;
Nil * iftic. quod agat tertia tuffis habet.
* *V. tibi quod tollat,*

Ad Cæcilianum. XX,

Dic mihi quis furor eft? turba fpectante vocata;
Solus boletos Cæciliane voras.
Quid dignum tanto tibi ventre gulaq; precabor?
Boletum qualem Claudii⁹ edit, edas.

De porfena, & Mutio Scæuola. XXI.

* Cùm *Dumpeteret regem decepta fatellite dextra,
* Ingeffit. * Iniecit facris fe peritura focis.
Sed tam fæua pius miracula non tulit hoftis,
Et raptum flammis iuffit abire virum.
Vrere quam potuit contempto Mutius igne,
Hanc fpectare manum Porfena non potuit.

Maior

Maior deceptæ fama eſt, & gloria dextræ,
Si non erraſſet, fecerat illa minùs.

De leone & lepore. XXII.

Quid*nunc ſæua fugis placidi lepus ora leonis *non.
Frangere tam paruas non didicère feras.
Seruantur magnis iſti ceruicibus vngues,
Nec gaudet tenui ſanguine tanta ſitis.
Præda canũ lepus eſt vaſtos non implet hiatꝰ,
Non timeat Dacus Cæſaris arma puer.

Ad Fauſtinum. XXIII.

Ede tuos tandem populo Fauſtine libellos,
Et cultum docto pectore profer opus,
Quid ne Cecropiæ damnent Pandionis arces,
Nec ſileant noſtri, prætereantque ſenes.
Ante fores ſtantem dubitas admittere famã,
Teque piget curæ præmia ferre tuæ?
Poſt te victuræ, per te quoque viuere chartæ
Incipiant: cineri gloria ſera venit.

Ad Sextilianum. XXIV.

Sextiliane bibis quantum ſubſellia quinque
Solus: aqua toties ebrius eſſe potes.
Nec*conceſſorum vicina numiſmata tantum, *quid ſi confeſ-
Æra, ſed à cuneis vlteriora * petis. ſorum? itaſcribo
Non hæc Pelignis agitur vindemia prælis, * bibis.
Vua nec in Thuſcis naſcitur iſta iugis, melius
Teſta ſed antiqui felix ſiccatur Opimi, potis.
Egerit & nigros Maſſica cella cados
A caupone tibi fex Laletana petatur,
Si plus quàm decies Sextiliane bibis.

Ad Procillum. XXV.

Heſterna tibi nocte dixeramus,

Quincun-

Quincunces, puto, post decem peractos,
Cœnares hodie Procille mecum.
Tu factum tibi rem statim putâsti,
Et non sobria verba subnotâsti
Exemplo nimium periculoso;
Μισῶ μνήμονα συμπότην* Procille.

* προ-κιλλε.

De Acerra. XXVI.

Hesterno fœtere mero qui credit Acerram,
Fallitur: in lucem semper Acerra bibit,

In Fidentinum. XXVII.

Fama refert, nostros te Fidentine libellos,
Non aliter populo, quàm recitare tuos.
Si mea vis dici, gratis tibi carmina mittam,
Si dici tua vis, hæc eme, ne mea sint.

De Diaulo medico XXVIII.

Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus,
Cœpit * quod poterat, clinicus esse modò.

* *quo poterat Clinicus esse modo Lipsius.*

*Ad * Sabidium.* XXIX,

Non amo te*Sabidi nec possum dicere quare
Hoc tantùm possum dicere, non amo te.

* *Sauidium.*
**Sauidi*

De Gellia. XXX.

Amissum non flet, cum sola est, Gellia, patrē:
Si quis adest, iussæ prosiliunt lachrymæ.
Non dolet hic, quisquis laudari, Gællia, quærit
Ille dolet verè, qui sine teste dolet,

Ad Lucanum & Tullum. XXXI.

Si Lucane tibi, vel si tibi Tulle darentur.
Qualia Ledæi fata Lacones habent:
Nobilis hæc esset pietatis rixa duobus,
Quod pro fratre mori vellet vterq; prior.
Diceret; infernas *& qui prior isset ad vmbras
Viue

Viue tuo frater tempore, viue meo.

Ad Fidentinum. XXXII.

Quem recitas, meus eſt, ô Fidentine, libellus:
Sed male cùm recitas, incipit eſſe tuus.

Ad Decianum. XXXIII.

Si quis erit raros inter numerandus amicos,
Quales priſca fides famaque novit * avos:
Si quis Cecropiæ madidus Latiæq; Minervæ
Artibus, & verâ ſimplicitate bonus,
Si quis erit recti cuſtos, imitator honeſti,
Et nihil arcano qui roget ore Deos:
Si quis erit magnæ ſubnixus robere mentis,
Diſpeream, ſi non hic Decianus erit.

**V: an° vt apud Catullũ charta anus.*

Ad Liuidum. XXXIV.

Qui ducis vultus, & non legis iſta libenter,
Omnibus inuideas, Liuide, nemo tibi.

In Cæcilium. XXXV.

Vrbanus tibi Cæcili videris;
Non es, crede mihi, quid ergo? verna es,
Hoc quod Tranſtiberinus ambulator
Qui pallentia ſulfurata fractis
Permutat vitreis, quod otioſæ
Vendit qui madidum cicer coronæ,
Quod cuſtos dominuſq; viperarum,
Quod viles pueri ſalariorum,
Quod fumantia qui tomacla raucus
Circumfert tepidis cocus popinis:
Quod non optimus Vrbicus poëta.
Quare deſine iam tibi videri,
Quod ſoli tibi Cæcli videris;
* Qui Galbam ſalibus tuis, & ipſum

** Quod Vide l, 10, epig. 83.*

Poſſes

Posses vincere Sextium Caballum.
Non cuicunque datum est habere nasum.
Ludit qui stolida procacitate,
Non est * Cestius ille, sed Caballus.

De Porcia. XXXVI.

Coniugis audisset fatum cùm Porcia Bruti,
Et subtracta sibi quæreret arma dolor;
Nondum scitis, ait, *mortẽ non posse negari?
Credideram satis hoc vos docuisse patrem.
Dixit, & ardentes auido bibit vno fauillas.
I nunc, & ferrum turba molesta nega.

In Mancinum. XXXVII.

Bis tibi viceni fuimns Mancine vocati;
Et posirum est nobis nil here, præter aprũ,
Non quæ de tardis seruantur vitibus vuæ,
Dulcibus aut certant, quæ melimela fauis:
Nec pyra, quæ *lenta pendẽt religata genista.
Aut imitata breues punica mala rosas.
Rustica *lactantes nec misit fiscina metas,
Nec de picenis venit oliua cadis.
Nudus aper, sed & hic minimus, qualisque necari
A non armato pulmilione potest.
Et nihil inde datum est, tantùm spectauimus omnes-
Ponere aprum nobis sic & arena solet.
Ponatur tibi nullus aper post talia facta,
Sed tu ponaris, cui? * Charidomus, apro.

Ad Stellam. XXXVIII.

Lasciuos leporum cursus, lususque leonum,
Quod maior nobis charta *minorq; gerit:

Et

* *Testi°* *vel vt alij malunt.* *Sextius.*
* *V. mortem non posse negari. Credideram satis hoc docuisse patrem.*
* *longa*
* *lactentes,*
* *apro obiectus in cauea seu arena.*
* *Librũ Specta-*

Et bis idem facinus nimium si stella videtur,
Hoc tibi, bis leporem tu quoq; pone mihi:

De libro suo. XXXIX.

Edita ne breuibus pereat tibi charta libellis
Dicatur potius τῶν δὲ ἀρομειβομενος

De Diaulo medico. XL.

Nuper erat medicus, nunc est vespillo Diaulus:
Quod vespillo * facit, fecerat & medicus.

De leone & lepore. XLI.

Rictibus his tauros non eripuêre magistri,
Per quos præda fugax, itq; reditq; lepus
Quodq; magis mirum, velociùs exit ab hoste,
* Cùm nil à tanta nobilitate refert;
Tutior in sola non est cùm currit arena.
Nec caueæ tanta conditur ille fide.
Si vitare canũ morsus, lepus improbe, quæris?
Ad quæ confugias, ora leonis habes.

*Ad * Licianum, de Hispaniæ locis,* XLII.

Vir Celtiberis non tacende gentibus,
Nostræque laus Hispaniæ,
Videbis altam * Liciane Bilbilim,
* Equis & armis nobilem,
*Sterilemq; canum niuibus, *effractis sacrum
* Vada Veronem montibus.

* *Senemque Catum Catus mons perpetuis niuibus albus.* * *Et fractis.* * *Vada Veronem.*

Et delicati dulce * Botrodi nemus,
Pomona quod felix amat.
* Trepidum natabis lene congredi * vadum,
Mollesque Nympharum lacus.

Ego

culorum dicere videtur qui non est integer, vel certè aliquem aliumque qui perijt, effert nẽpe, vt extulerat,

* *Nec nihil à tãta nobilitate refert.*

* *Licinianum.*

* *Liciniane. Turnebus.*

* *Aquis legit Hieron, Surita.*

* *Boleti sed retineo Bo-*

Ego cum Gryphio sic lego: tepida natabis lene, id est, nauigio: tepida vada congedi, vel cogedi.

Quibus remissum corpus adstringas breui
  Salone, qui ferrum gelat.
Præstabit illic ipsa figendas propè
  † Voberta † prendenti feras.

† *Voberca.* † *prandenti. Vtraq; lectio probabilis. infra enim: Vicina in ipsum sylua descendet focum, & infra Epigr.* 48:

Æstus serenos aureo franges Tago
  Obscurus vmbris arborum.
Auidam † rigens † Dircena placabit sitim,
  Et † Nemea, quæ vincit niues
At cum December canus & bruma impotens
  Aquilone rauco mugiet,
Aprica repetes Tarraconis littora
  Tuamque Laletaniam.
Ibi illigatas mollibus damas plagis
  Mactabis, & † vernos apros,
Leporemquè forti callidum rumpes, equo:
  Ceruos relinques villico.
Vicina in ipsum sylua descendet focum,
  Infante cinctum sordido
† Vocabitur, venator & veniet tibi
  Conuiua clamatus propè,
† Lunata nusquam pellis, & nusquam toga,
  Olidæque vestes murice
Procul horridus liburnus, & quærulus cliens:
  Imperia viduarum procul.
Non rumpet altum pallidus somnum reus,
Sed

trodi oppidum Celtiberia, Tib. Grach. euersum Polyb.
† *Tepidi Tepida.*
† *Vada.*
† *recens*
† *Dereta.*
† *Gryphus. Dercella.*
†*Dercenua. al. Dercella*
†*vernas*
† *Venabitur vocatus*
† *Lanaquis piam legit vide lémata lanata. sola.*

Sed manè totum dormies.
Mercetur alius grande & inſanum ſophos;
Miſerere tu felicium.
Vero que fruere non ſuperbus gaudio,
Dum Sura laudatur tuus.
Non impudenter vita, quod reliquum eſt, petis
Cum fama, quod ſatis eſt, habet.

Iocus ex Homero in Coccum. XLIII.

Si tibi Myſtilus cocus Æmiliane vocatur;
Dicetur quare non Tarat alla mihi?

Ad Leporem. XLIV.

Non facit ad ſæuos ceruix niſi prima, leones.
Quid fugis hos dentes ambitioſe lepus?
Scilicet à magnis ad te deſcendere tauris,
Et, quæ non cernunt frangere colla velint:
Deſperanda tibi eſt ingentis gloria fati?
Non potes hoc tenuis præda ſub hoſte mori.

Quinctianum facit aſſertorem. XLV.

Commendo tibi Quinctiane noſtros,
Noſtros, dicere ſi tamen libellos
Poſſum, quos recitat tuus Poëta,
Si de ſeruitio graui querentur,
Aſſertor venias, ſatiſquè præſtes,
Et cùm ſe dominum vocabit ille,
Dicas eſſe meos manuquè miſſos.
Hoc ſi terquè quaterquè clamitaris,
Impones plagiario pudorem,

Ad Fidentinum. XLVI.

Vna eſt in noſtris tua Fidentine libellis
Pagina, ſed certa domini ſignata figura
Quæ tua traducit manifeſto * carmina furto: * Scri-min

Sic interpoſitus vitio contaminat vncto:
Vrbica Lingonicus Tyrianthina bardocullus;
Sic Aretina violant Chriſtallina teſtæ;
Sic niger in ripis errat cum fortè Cayſtri.
Inter Ledæos ridetur coruus olores:
Sic vbi multiſona feruet ſacer Arthide lucus,
Improba Cecropias * effundit pica querelas
Indice non opus eſt noſtris nec * vindice libris,
Stat contrà dicitq; tibi tua pagina, fures.

** offendit. offundit.*
** iudice.*

** De amicorum iudicio.* XLVII.

** Ad Fuſcum.*

Si quid Fuſce vacas adhuc amari;
Nam ſunt hinc tibi ſunt & hinc amici,
Vnum ſi ſupereſt locum rogamus.
Nec me quod tibi ſum nouus recuſes.
Omnes hoc veteres tui fuerunt.
Tu tantum inſpice, qui nouus paratur,
An poſſit fieri vetus ſodalis.

Ad Frontonem de voto vitæ ſuæ. XLVIII.

Vota rui breuiter ſi vis cognoſcere Marci,
Clarum militiæ Fronto togæq; decus;
Hoc petit, eſſe ſui, nec magni, ruris arator;
Sordidaq; in paruis otia rebus amat;
Quiſquam picta colit Spartani frigora ſaxi,
Et matutinum portat ineptus aue;
Cui licet exigui nemoris ruriſque beati
Ante focum plenas * explicuiſſe plagas?
Et piſcem tremula ſalientem ducere ſeta,
Flauaque de rubro promere mella cado?
Pinguis inæquales onerat cui villica menſas,
Et ſua non emptus præparat oua cinis;

** expoſuiſſe.*

No

Non amet hanc vitam, quiſquis me non amat
Viuat & vrbanis albus in officiis; (opto;

Ad Cauponem. XLIX.

Continuis vexata madet vindemia nimbis,
Non potes, vt cupias, vendere Caupo, merũ.

Ad Flaccum de Sportula. L.

Dat Baiana mihi quadrantes ſportula centum,
Inter delicias quid facit iſta fames?
Redde Lupi nobis, tenebroſaq; balnea Grylli.
Tam malè cũ cœno, cur bene, Flacce, lauor?

De lepore & leone. LI.

Intres ampla licet torui lepus ora leonis;
Eſſe tamen vacuo ſe leo dente putat.
Quod ruet in tergum, vel quos* procumbet in armos.
Alta iuuencorum vulnera figit vbi.
Quid fruſtra nemorum dominum regemq; fa- ** prorumpet.*
Non niſi delectâ paſcitur ille fera. (tigas?

*Ad * Licianum, ſcriptores vnde.* LII. ** Licinianum*

Verona docti ſyllabas amat Vatis,
Marone felix Mantua eſt.
Cenſetur Apona Liuio ſuo tellus,
Stellaque nec Flacco minus,
Apollodoro* plaudit imbrifer Nilus, ** gaudet non probo. quia mox ſequitur.*
Naſone Peligni ſonant,
Duoſque Senecas, vnicumque Lucanum,
Facunda loquitur Corduba.
Gaudent iocoſæ Canio ſuo Gades,
Emerita Deciano meo,
Te * Liciane gloriabitur, noſtra, ** Luciniane,*
Nec me tacebit Bilbilis

De Leuina casta, & ad Baias adultera. LIII.

Casta nec antiquis cedens Leuina Sabinis,
Et quamuis tetrico tristior ipsa viro;
Dum modò Lucrino modò se permittit Auer-
Et dum Baianis sæpe fouetur aquis; (no:
Incidit in flammas, iuuenemq; sequuta relicta
Coniuges Penelope venit, abit * Helene.

*Thymele.

Ad Celerem, L I V.

Vt recitem tibi nostra rogas epigrammata, no-
Non audire, Celer, sed recitare cupis. (lo,

Ad Fabullam ambitiosam. L V.

Bella es, nouimus, & puella, verum est:
Et diues, quis enim potest negare?
Sed dum te nimium Fabulla laudas,
Nec diues, neque bella, nec puella es.

Ad Cæcilianum, de genere & declinatione ficus. L V I.

Cùm dixi, * ficus, rides quasi barbara verba,
Et dici *ficos, Ceciliane iubes,
Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci.
Dicemus *ficos, Cæciliane, tuos.

*ficos Valla scribit.
*ficus, *ficus, Priscianus etiã cũ morbum significat id esse quarti ordinis, sed à Valla falsò dicitur.

Ad furem de libro suo. L V I I.

Erras meorum fur auare librorum,
Fieri poëtam posse qui putas tanti,
Scriptura quanti constet, & tomus vilis,
Non sex paratur aut decem sophos nummis.
Secreta quære carmina, & rudes curas,
Quas nouit vnus, scrinioque signatas
Custodit ipse virginis pater chartæ,
Quæ trita duro non inhorruit mento.
Mutare dominum non potest liber notus.

Sed

Sed pumicata fronte, si quis est nondum
Nec vmbilicis cultus, atquè membrana:
Mercare tales ab eo, nec sciet quisquam.
Aliena quisquis recitat & quærit famam,
Non emere librum, sed silentium debet.

*Ad * Chœrilum. LVIII.* * Chœrulum

Liber homo es nimium dicis mihi Chœrile semper.
In te qui scribit Chœrile liber homo est,

Ad Maximum. LIX.

Cœpit, Maxime, Pana, quæ solebat
Nunc ostendere Canium Terentos;

Ad Librum LX.

Vade salutatum, pro me liber ire iuberis
Ad procul in nitidos officiose Lares.
Quæris iter? dicam, vicinum Castora canæ
Transibis Vestæ, virgineamque domum.
Inde sacro veneranda petes pallatia cliuo,
Plurima quà summi fulget imago ducis.
Nec te detineat miri radiata Colossi,
Qua Rhodium moles vincere gaudet opus.
Flecte vias hac quâ madidi sunt tecta Lyæi,
Et Cyheles picto stat Coribante tholus.
Protinus à lana clari, * sub fronte penates. * tibi.
Atriaquè excelsæ sunt adeunda domus.
Hæc pete, ne metuas fastus, limenq; superbum.
Nulla magis toto ianua poste patet.
Nec propior quam Phœbus amat, doctæque sorores;
Si dicet, quare non tamen ipse venit?
* Scilicet excuses, quia qualiacunq; leguntur * Scilicet.

Ista, salutator scribere non potuit.

Ad Fidentinum. LXI.

Nostris versibus esse te poëtam
Fidentine putas, cupisque credi ?
Sic dentata sibi videtur Ægle.
Emptis ossibus, Indicoque cornu :
Sic quæ nigrior est cadente moro,
Cerussata sibi placet Lycoris,
Hac & tu ratione, qua Poëta es ?
Calvus cum fueris, eris comatus.

De Lino. LXII.

Dimidium donare Lino, quam credere totum,
Qui mavult debet perdere dimidium.

Ad Flaccum. LXIII.

O mihi curarum pretium non vile mearum,
Flacce Antenorei spes, & alumne Laris.
Pierios differ cantusq; * chorosq; sororum:
Æs dabit ex istis nulla puella tibi.
Quid petis à Phœbo ? nummos habet arca Mineruæ :
Hæc sapit, hæc omnis fœnerat vna Deos,
Quid possent ederæ Bacchi dare ? Palladis ar-
Inclinat varias pondere nigra comas, (bor
Præter aquas Helicon, & serta lyrasq; deorum
Nil habet, & magnum semper inane sophos.
Quid tibi cum Cirrha ? quid cum Parnassidos vnda?
Romanum propius diuitiusque forum est.
Illic æra sonant: at* circum pulpita nostra,
Et steriles cathedras, basia sola crepant.

* Circũ & pulpita nostra quidam pu-

De Festa. LXIV.

Indi-

Indignas premeret pestis cùm tabida fauces,
Inque ipsos vultus serperet atra lues:
Siccis ipse genis flentes hortatus amicos,
Decreuit stygios Festus adire lacus,
Nec tamen obscuro pia * polluit ora veneno,
Aut torsit lenta tristia fata fame
Sanctum Romana vitam sed morte peregit;
Dimisitquè animam nobiliore * rogo.
Hanc mortem fatis magni præferre Catonis
Fama potest: huius Cæsar amicus erat.

*via, non displicet propter illud Græcum Anthol 3. τὴν ἐπὶ πυρκαϊῆς ἐνδέξια φασὶ κέλευθον Ἑρμῆν τοὺς ἀγαθοὺς, ἐς ῥαδάμανθον ἄγειν.

[tat ex libro † scripto legendū. Sed nescio an grammatici sint probati.]

[M. R. palluit.]*

Ad Attalum. LXV.

Semper, agis causas, & res agis Attale semper,
Est, non est, quid agas, Attale semper agis.
Si res & causæ desunt, agis Attale mulas,
Attale, ne quod agas, desit agas animam.

Ad Canum. LXVI.

Sportula Cane, tibi suprema nocte petita est,
Occidit puto te Cane, quòd vna fuit.

Ad Sosibianum, LXVII.

E seruo scis te genitum, blandequè fateris
Cùm dicis dominum, Sosibiane, patrem.

De Regulo. LXVIII.

Hæc quæ puluere dissipata multo
Longas porticus explicat ruinas,

En quanto iacet abſoluta caſu,
Tectis nam modò Regulus ſub illis
Geſtatus fuerat, receſſeratque.
Victa eſt pondere cum ſuo repentè,
Et poſtquam domino nihil timebat,
Securo ruit incruenta damno;
Tantæ Regule poſt metum querelæ,
Quis curam neget eſſe te Deorum,
Propter quem fuit innocens ruina?

De Mario. LXIX.

Venderet excultos colles cum Præco facetus,
Atque ſuburbani iugera pulchra ſoli;
Errat, ait, ſi quis Mario putat eſſe neceſſe
Vendere, nil debet, fœnerat immo magis.
Quæ ratio eſt igitur? ſeruos vbi perdidit omnes
Et pecus & fructus, non amat inde locum.
Quis faceret pretium, niſi qui ſua perdere vellet
Omnia? ſic Mario noxius hæret ager.

*De Nouio * Microſpico. LXX.*

*Microſpyco.

Vicinus meus eſt, manuquè tangi
De noſtris Nouius poteſt feneſtris.
Qui non inuideat mihi, putetquè
Horis omnibus eſſe me beatum,
Iuncto cui liceat frui ſodali?
Tam longè eſt mihi quam Terentianus,
Qui nunc Niliacam regit Syrenen.
Non conuiuere nec videre ſaltem.
Non audire licet, nec vrbe tota
Quiſquam eſt tam propè tam proculq; nobis.
Migrandum eſt mihi longius, vel illi.
Vicinus Nouio vel inquilinus

Sit, ſi quis Nouium videre non vult.

Ad Feſcenniam. LXXI.

Ne grauis heſterno fragres, Feſcennia, vino,
Paſtillos Coſmi luxurioſa voras.
Iſta linunt dentes ientacula; ſed nihil obſtat,
Extremo ructus cùm venit à Barathro.
Quid quod olet grauius miſtum diapaſmate virus?
Atquè duplex anima longius exit odor?
Notas ergo nimis fraudes, deprenſaq; furta
Iam tollas, & ſis ebria ſimpliciter.

Ad Alcimum. LXXII.

Alcime quem raptum domino creſcentibus an-(nis
Labicana leui ceſpite velat humus;
Accipe non * Pario nutantia pondera ſaxo,
Quæ cineri vanus dat ruitura labor;
Sed fragiles buxos,& opacas palmitis vmbras,
Quæq; virent lacrymis * humida prata meis
Accipe care puer noſtri monumenta * doloris;
Hic tibi perpetuo tempore viuit honor.
Cũ mihi ſupremos Lacheſis * peruenerit annos;
Non aliter cineres mando iacere meos.

Ad Cinnam. LXXIII.

Garris in aurem ſemper omnibus Cinna,
Garris & illud, teſte quod licet turba
Rides in aurem, quereris, arguis, ploras,
Cantas in aurem, iudicas taces, lamas.
Adeòne penitus ſedit hic tibi morbus,
Vt ſæpe in aurem Cinna Cæſarem laudes?

Ad Lælium LXXIV.

Cùm tua non edas, carpis mea carmina Leli,

** Pario placet magis legi Phario, vt reſpeciat Pyramidas.*
**roſcida*
** laboris*
** peruenerit. prauenerit.*

Carpere vel noli noſtra, vel ede tua.

De Aquino. LXXV.

Fabricio iunctus fido requieſcit Aquinas,
Qui prior Elyſias gaudet adiſſe domos.
Ara duplex primi teſtatur munera pili:
* Plus tamen eſt titulo quod breuiore legis.
* Functus vterque ſacro laudatæ fœdere vitæ,
Famaque quod raro nouit, amicus erat.

* *inſcriptum.* * *junctus.*

Ad Helium. LXXVI.

Quod clamas ſemper, quòd agentibus obſtrepis Heli.
Non facis hoc gratis: accipis, vt taceas.

Ad Næuolum cauſidicum. LXXVII.

Cùm clamant omnes, loqueris tu Næuole ſemper,
Et te patronum cauſidicumq; putas:
Hac ratione poteſt nemo non eſſe diſertus.
Ecce tacent omnes: Næuole dic aliquid.

Ad Flaccum. LXXVIII.

Litigat, & podagra Diodorus Flacce laboras,
Sed nil patrono porrigit, hæc Cheragra eſt.

Ad Calenum. LXXIX.

Non plenum modo vicies habebas;
Sed tam prodigus, atque liberalis,
Et tam lautus eras Calene, vt omnes
Optarent tibi centies amici,
Audit vota Deus preceſquè noſtras;
Atque intra puto ſeptimas Kalendas
Mortes hoc tibi quatuor dederunt.
At tu ſic quaſi non foret relictum,
Sed raptum tibi centies, abiſti
In tantam miſer eſuritionem,
Vt conuiuia ſumptuoſiora,

Toto quæ ſemel appares in annos,
Nigræ ſordibus explices monetæ.
Et ſeptem veteres tui ſodales.
Conſtemus tibi plumbea ſelibra
Quid dignum meritis precemur iſtis ?
Optamus tibi millies Calene.
Hoc ſi contigerit, fame peribis

De Afra vetula. LXXXII.

Mammas atquè tatas habet Afra, ſed ipſa tatarum (teſt.
Dici & mammarum maxima mamma po-

De Afro Demetrio. LXXXIII,

Illa manus quondam ſtudiorum fida meorum,
Et felix domino, notaque Cæſaribus,
Deſtituitprimos virides Demetrius annos :
Quarta tribus luſtris addita meſſis erat
Ne tamen ad ſtygias famulus deſcenderet vmbras,
Vreret implicitum cùm ſcelerata lues,
Cauimus; & domini ius omne remiſimus,æger
Munere dignus erat conualuiſſe meo.
Senſit deficiens ſua prœmia meq; patronum
Dixit, ad infernas liber iturus aquas.

Ad Lycorim, LXXXIV.

Qui pinxit Venerem tuam Lycori,
Blanditus, puto, pictor eſt Mineruæ. ** juſtus Modius ex M. S.*

Ad Scæuolam. LXXXV.

Si dederint ſuperi decies mihi millia centum,
Dicebat, nondum Scæuola * factus eques :
u aliter ô viuam quàm largè,quamq; beatè!
Riſerunt faciles, & tribuêre Dei.

Sordidior multò post hoc toga; pænula peior;
Calceus est, sartà terque quaterque cute.
Deque decem plures semper seruantur oliuæ,
Explicat & cœnas vnica mensa duas.
In ius ô fallax atque inficiator eamus:
Aut viue, aut decies Scæuola redde Deis.

De spectaculo. LXXXVI.

Picto quòd iuga delicata collo
Pardus sustinet, improbæque tigres
Indulgent patientiam flagello:
Mordent aurea quòd lupata cerui,
Quod frænis Libyci domantur vrsi
Et quantum Calydon tulisse fertur,
Paret purpureis aper capistris;
Turpes esseda quod trahunt bisontes,
Et molles dare iussa quòd choreas
Nigro bellua nil negat magistro;
Quis spectacula non putet Deorum?
Hæc transit tamen, vt minora, quisquis
Venatus humiles videt leonum,
Quos velox leporum timor fatigat.
Dimittunt, repetunt, amatquè captos,
Et securior est in ore præda,
Laxos cui dare peruiosque rictus
Gaudent, & timidos tenere dentes.
Mollem frangere dum pudet rapinam,
Stratis cùm modò venerint iuvencis.
Hæc clementia non paratur arte,
Sed norunt cui seruiant leones.

Ad Ouidium, LXXXVII.

In nomentanis, Ouidi, quod nascitur * agris. (* V. aruis.)
Accepit quoties tempora longa merum;

Exuit annoſa mores nomenque ſenecta;
  Et quidquid voluit, teſta vocatur anus.

Ad Lucinum Iulium. LXXXVIII.

Sæpe mihi dicis Luci clariſſime Iuli,
  Scribe aliquid magnum; deſidioſus homo es.
Otia da nobis, ſed qualia fecerat olim
  Mæcenas Flacco Virgilioque ſuo.
Condere victuras tentem per ſæcula * curas, * chartas.
  Et nomen flammis eripuiſſe meum.
In ſteriles campos nolunt iuga ferre iuuenci.
  Pingue ſolum laſſat, ſed iuuat ipſe labor.

Ad Gallum. LXXXIX.

Eſt tibi, ſitq; precor multos creſcatq; per annos
  Pulchra quidē, verùm Tranſtiberina domus
At mea Vipſanas ſpectant cænacula laurus:
  Factus in hac ego ſum iam regione ſenex.
Migrandum eſt vt mane domi te Galle ſalutē * Eſt.
  * Es tanti vel ſi longius * illa foret. * aula.
Sed tibi non multum eſt, vnum ſi præſto togatum:
  Multum eſt hunc vnum ſi mihi Galle nego.
Ipſe ſalutabo decima vel ſerius hora:
  Mane tibi pro me dicat * auere liber. * aueto.

De Catella Pupli. XC.

Iſſa eſt paſſere nequior Catulli.
Iſſa eſt purior oſculo columbæ
Iſſa eſt blandior omnibus puellis.
Iſſa eſt carior Indicis lapillis.
Iſſa eſt deliciæ catella Publi.
Hanc tu, ſi quæritur, loqui putabis.
Sentit triſtitiamque gaudiumque.

** nera M. S, Modij.*
Collo * nixa cubat, capitquè ſomnos,
Vt ſuſpiria nulla ſentiantur.
Et deſiderio coacta ventris,
Gutta pallia non fefellit vlla:
Sed blando pede ſuſcitat, thoroque
** rogat,*
Deponi rogat, & * monet leuari.
Caſtæ tantus ineſt pudor Catellæ.
Hanc ne lux rapiat ſuprema totam,
Picta Publius exprimat tabella,
In qua tam ſimilem videbis Iſſam,
Vt ſit tam ſimilis, ſibi nec * ipſa.
** Iſſa apud Modium lego,*
Iſſam denique pone cum tabella,
Aut vtramque putabis eſſe veram,
Aut vtramque putabis eſſe pictam.

Ad Velocem, XCI.

Scribere me quereris Velox epigrammata lon-
Ipſe nihil ſcribis: tu breuiora facis. (ga,

Ad Regulum. XCII.

** laborum. * ſuo,*
Cùm tibi ſit ſophiæ par fama & cura * Deorũ,
Ingenio pietas nec minor ipſa * tuo.
Ignorat meritis dare munera qui tibi librum,
Et qui miratur, Regule, thura dari.

In Priſcum. XCIII.

Cùm te non noſſem, dominum regemquè vocabam:
Cùm bene te noui, iam mihi Priſcus eris.

Ad Lectorem. XCIV.

Quæcunque luſi iuuenis, & puer quondam,
Apinaſquè noſtras, quas nec ipſe iam noui.
Malè collocare, ſi bonas voles horas,
Et inuidebis otio tuo, Lector:

A Va-

A Valeriano Pollio potes Quinćto,
Per quem perire non licet meis nugis.

Ad Fauſtinum. XCV.

Hos tibi vicinos, Fauſtine, Teleſphorus hortos
Fænius, & breue rus, vdaq; prata * tenent. ** tenet.*
Condidit hic natæ cineres, nomenq; ſacrauit.
Quod legis Antullæ, dignior ipſe legi.
Et ſtygias æquum fuerat * patrem iſſe ſub vmbras : *V. pater iſſet vt vmbras*
* Sed quia non licuit, viuit, vt oſſa colat. *Mallem ergò pareret iſſet ad vmbras.*

De Antulla. XCVI.

Hoc nemus æterno cinerum ſacrauit honore.
Fænius, & culti iugera * pauca ſoli,
Hoc tegitur citò rapta ſuis Antulla ſepulcho;
Hoc erit Antullæ miſtus vterq; parens. ** Quod,*
Si cupit hunc aliquis, moneo, ne ſperet agellũ: **p ulcra*
Perpetuò dominis ſeruiet iſte ſuis :

In Lupercum. XCVII.

Occurris quoties, Luperce, nobis:
Vis mittam puerum, ſubinde dicis,
Cui tradas epigrammaton libellum,
Lećtum quem tibi protinus remitta.m
Non eſt, quòd puerum Luperce vexes. ** vbi*
Longum eſt, ſi velit ad * Pyrum venire, *habitauit Martialis.*
Et ſcalishabito tribus, ſed altis.
Quod quæris, propius petas licebit :
Argi nempe ſoles ſubire letum.
Contra Cæſaris eſt forum taberna,
Scriptis poſtibus hinc & inde totis,
Omnes vt citò perlegas poëtas.
Illinc me pete: ne roges Atrećtum:

Hos

Hoc nomen dominus gerit tabernæ
De primo dabit, vlteroue nido
Rasum pumice, purpuraquè cultum,
Denariis tibi quinque Martialem.
Tanti non es ais? sapis Luperce. *V. Seditianū.

Ad Cæcilianum. XCVIII.

Cui legisse satis non est Epigrammata centum, *Seditiane.
Nil illi satis est * Cæciliane mali.

M. VAL. MARTIALIS
EPIGRAMMATON.
LIBER II.

QVid nobis, inquis, cum epistola? parum ne ibi præstamus, si legimus epigrāmata? quid hic porrò dicturus es, quod non possit versibus dicere? Video quare tragœdi epistolam accipiant, quibus pro se loqui non licet. Epigrammata Curione non egent, & contenta sunt sua, id est, mala lingua, In quacunque pagina visum est, epistolam faciunt. Noli ergo, si tibi videtur, rem facere ridiculam, & togam saltanti inducere personæ. Denique videas ante delectet contrarietatum ferula. Ergo inter illos sedeo, qui protinus reclamant. Puto me hercule, Deciane, verum dicis. Quid, si scias, cum qua, & quàm longa epistola negotium fueris habiturus? itaque quod exigis fiat. Debebunt tibi, si qui in hunc librum inciderint, quòd ad primam paginam non lassi peruenient.

Ad

Ad librum suum, I.

Ter centena quidē poteras epigrammata ferre.
Sed quis te ferret perlegeretquè liber ?
At nunc succincti quæ sunt bona disce libelli,
Hoc primum est breuior qui mihi charta perit.
Deinde quod hæc vna peragit librarius hora,
Nec tantùm nugis seruiet iste meis.
Tertia res hæc est; quòd si cui fortè legêris ;
Sis licet vsque malus, non odiosus eris.
Te conuiua leget misto quicunce : sed antè,
Incipiat positus quàm tepuisse calix.
Esse tibi tanta cautus breuitate videris.
Hei mihi, quàm multis sic quoq; longus eris?

Ad Cæsarem Domitianum. II.

Creta dedit magnum, maius dedit Africa nomen,
Scipio quod victor, quodq; Metellus habet.
Nobilius domito tribuis Germania Rheno,
Et puer hoc dignus nomine Cæsar eras :
Frater Idumæos meruit cum patre triumphos :
Quæ datur ex * Dacis Laurea, tota tua est. *V. Parthis.*

Ad Sextum, III.

Sexte nihil debes, nil debeo Sexte, fatemur.
Debet enim, si quis soluere Sexte potest.

Ad Decianum. IV.

Ne valeam, si non totis Deciane diebus,
Et tecum totis noctibus esse velim.
Sed duo sunt quæ nos distingvunt millia passū
Quattuor hæc fiunt, cùm rediturus eam.
Sæpè domi non es; cùm sis quoq; sæpe, negaris?

Vel tantum causis, vel tibi sæpè vacas.
Te tamen vt videam; duo millia non piget ire:
Vt te non videam quatuor ire piget.

Ad Seuerum V.

I nunc, edere me iube libellos,
Lectis vix tipi paginis duabus.
Spectas* ἐσχατροκωλικὸν Seuere,
* Et longas trahis oscitationes.
Hæc sunt, quæ regente me solebas
Rapta scribere, sed Vitellianis.
Hæc sunt singula, quæ sinu ferebas
Per conuiuia cuncta, per theatra.
Hæc sunt, aut meliora, si qua nescis.
Quid prodest mihi tam macer libellus,
Nullo crassior, vt sit vmbilico,
Si totus ribi triduo legatur:
Nunquam deliciæ supiniores.
Lassus iam citò deficis viator.
Et cùm currere debeas Bouillas,
* Iter iungere quæris ad Camænas,
I nunc edere me iube libellos.

ἐσχατροκωλιον. legit Ios. Scaliger ad Tibullū
** Quid.*
** Inter iungere legendū esse rectè docens doctè.*

Ad Attalum. VI.

Declamas bellè, causas agis Attale bellè,
Historias bellas, carmina bella facis.
Componis belle * mimos, epigrammata bellè.
Bellus Grammaticus, bellus es Astrologus.
Et bellè cantas, & saltas Attale bellè.
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.
Nil benè cum facias facis attamen omnia bellè,
Vis dicamquid sis? magnus es * ardelio.

** numeros.*
** Ardelio vox noua.*

Ad

Ad Lectorem. VII.

Si qua videbuntur chartis tibi Lector in istis,
Siue obscura nimis, siue Latina parum:
Non meus est error, nocuit librarius illis.
Dum properat versus annumerare tibi.
Quod si non illum, sed me peccâsse putabis:
Tunc ego te credã cordis habere nihil. (m*
Ista tamen mala sunt, *quæ si manifesta nega-
Hæc mala sunt, sed tu non meliora facis.

*M. S. Modij, quasi nos manifesta negam?.

In Postumum, VIII.

Basia dimidio *quæ das mihi Postume labro
Laudo: licet demas hinc quoque dimidium,
Vis dare maius adhuc & inenarrabile munus?
Hoc tibi habe totum Postume dimidium.

*quod v. c.

In Selium. IX.

Quòd fronte Selium nubila vides Rufe,
Quòd ambulator porticum terit serus,
Lugubre quiddam quòd iacet piger vultus,
Quòd penè terram tangit indecens nasus,
Quòd dextra pectus pulsat, & comam vellit,
Non ille amici fata luget, aut fratris,
Vterque natus viuit, & precor viuat.
Salua est & vxor, sarcinæquè seruiquè:
Nihil colonus, villicusquè decoxit,
Mœroris igitur causa, *quod domi cœnat.

*caussa qua est? domi cœnat. M. S. Modij

In Postumum. X.

Esse quid hoc dicam, quod olent tua basia myr (rham,
Quodq; tibi est nunquam non alienus odor?
Hoc mihi suspectum est, quod oles bene Postume semper,
Postume non bene olet, qui bene semper olet.

Lipsius. causâ qua? Forte, caussa qua?

Ad

Ad Sextum. XI.

Et iudex petit, & petit patronus.
Soluas censeo Sexte Creditori.

Ad Paulinum de Selio. XII.

Nil intentatum Selius, nil linquit inausum,
Cœnandum quoties iam videt esse domi.
Currit ad Europen, & te Pauline, tuosquè
Laudat Achilleos, sed sine fine pedes.
Si nihil Europe fecit, tum septa petuntur,
Si quid Phyllirides præstet, & Æsonides.
Hinc quoquè deceptus Memphitica templa frequentat,
Assidet & cathedris mœsta iuuenca tuis.
Inde petit centum pendentia tecta columnis,
Illinc Pompei dona, nemusquè duplex.
Nec Fortunati spernit, nec balnea Fausti,
Nec Grylli tenebras, Æoliamquè Lupi.
Nam thermis iterum cunctis, iterumq; lauatur,
Omnia cùm fecit, sed renuente Deo;
Lotus ad Europes tepida buxeta recurrit,
Si quis ibi serum carpat amicus iter,
Per te, perq; tuam vector lasciue puellam,
Ad cœnam Selium tu, rogo, Taure voca.

In Hermum. XIII.

Quòd nulli calicem tuum propinas,
Humanè facis Herme, non superbè.

In Zoilum. XIV.

Zoilus ægrotat: faciunt hanc stragula febrim,
Si fuerit sanus, coccina quid facient?
Quid thorus à Nilo quid sindone tinctus olëti?
Ostendit stultas quid nisi morbus opes?

Quid

Quid tibi cum medicis? dimitte Machaonas
oẽs.
Vis fieri sanus? stragula sume mea.

Ad Amianum. XV.

Tonstrix Suburæ faucibus sedet primis,
Cruenta pendent qua flagella tortorum,
Argique lethum multus obsidet sutor.
Sed ista tonstrix, Anniane, non tondet,
Non tondet, inquam, quid * ergo facit? radit. * *igitur.*

In Maximum, XVI.

Capto tuam pudet heu; sed capto Maxime
cœnam.
Tu captas aliam iam sumus ergò pares.
Mane salutatum venio: tu diceris isse,
Ante salutatum. Iam sumus ergo pares.
Sum comes ipse tu°, tumidiq; anteabulo regis:
Tu comes alterius: iam sumus ergo pares.
Esse sat est seruum: iam nolo vicarius esse,
Qui rex est regem, Maxime, non habeat.

Ad Zoilum. XVII.

Felicem fieri credis me Zoile cœna:
Felicem * cœna Zoile deinde tua?
Debet Aricino conuiua recumbere cliuo,
Quem tua felicem Zoile cœna facit.

*coenam Zoile dando tuam.

De Paulo. XVIII. (Paullus,

Carmina Paullus emit, recitat sua carmina
Nam quod emas, possis dicere iure tuum.

In Posthumum. XIX.

Basia das aliis, aliis das Posthume dextram
Dicis, vtrum mauis, elige? male manum.

De eodem. XX.

Quid

Quid mihi vobiſcũ eſt ô Phœbe nouéq; ſoro-
Ecce nocet vati Muſa iocoſa ſuo. (res
Dimidio nobis dare Poſtumus ante ſolebat
Baſia, nunc labro cœpit vtroque dare.

De eodem. XXI.

Non dicam, licet vſque me rogetis,
Quis ſit Poſtumus in meo libello.
Non dicam: quid enim mihi neceſſe eſt,
Has offendere baſiationes,
Quæ ſe tam bene vindicare poſſunt?

In Candidum. XXII.

Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum,
Squallidus hærebo, pallidiorque reo.
Si iubeat patria damnatum excedere terra,
Per freta, per ſcopulos exulis ibo comes.
Dat tibi diuitias, ecquid ſunt iſta duorum?
Das partem, multũ eſt. Candide, das aliquid?
Mecum* ergo miſer es, quòd ſi Deus ore ſereno
Annuerit: felix Candide ſolus eris.

* *eris ergo miſer.*

Ad Bithynicum. XXIII.

Quòd querulis ſpirat, quòd acerbum Næuia (tuſſis
Inque ſuos mittit ſputa ſubinde ſinus:
Iam te rem factam Bythynice credis habere?
Erras, blanditur Næuia, non moritur.

tuſſiendo.

De Selio. XXIV.

Laudantem Selium cum cœnæ retia tendit
Accipe ſiue legas, ſiue patronus agas.
Efferè, grauiter, citò, nequiter, euge, beatè.
Hoc volui, facta eſt iam tibi cæna, tace.

Ad Rufum, XXV.

Rufe vides illum ſubſellia prima tenentem,

Cuius

Cuius & hinc lucet ſardonychata manus.
Quæq; Tyron toties epotauêre lacernæ,
Et toga non tactas vincere iuſſa niues:
Cuius olet toto pinguis coma Marceliano,
Et ſplendent vulſo bracchia trita pilo. *hesterna sic cum V. D. lege.*
Non * extrema ſedet lunata lingula planta,
Coccina non læſum cingit aluta pedem,
Et numeroſa linunt * ſtellantem ſplenia (fron- *stillantem Lipsius in Notis refert ad unguenta.*
Ignotas quid ſit? ſplenia tolle, leges. (tem.

In Caium. XXVI.

Mutua viginti, ſeſtertia forte rogabam,
Quæ vel donanri non graue munus erat.
Quippe rogabatur felixque vetuſq; ſodalis,
Et cuius laxas arca flagellat opes.
Is mihi diues eris, ſi cauſas egeris, inquit,
Quod peto da Cai, non peto conſilium.

In Ponticum. XXVII.

Lis mihi cum Balbo eſt, tu Balbum offendere
non vis, (homo eſt.
Pontice; cum Licino * hic quoq; magnus *est sic, &c.*
Vexat ſæpe meum Patrobas confinis agellum:
Contra liqertum Cæſaris ire times.
Abnegat, & retinet noſtrum Latonia ſervum,
Reſpondes, orba eſt diues, anus vidua.
Non bene, crede mihi, ſeruo ſeruitur amico,
Sit liber, dominus qui volet eſſe meus,

Ad Phœbum. XXVIII.

Cùm ſint crura tibi ſimulêt quæ cornua Lunæ
In rhytio poteras Phœbe lauare pedes.

In Pannicum. XXIX.

Pectere te nolim, ſed, nec turbare capillos.

Splen-

Splendida ſit nolo, ſordida nolo cutis.
Nec tibi mitrarum, nec ſit tibi barba reorum
Nolo virum nimium Pannice, nolo parum
Nunc tibi crura pilis, & ſunt tibi pectora ſetis
Horrida: ſed mens eſt Pannice vulſa tibi.

In Cæcilianum. XXX.

Quidquid ponitur hinc, & inde vertit:
Mammas ſuminis. imbricemque porci,
Communemque duobus, attagenam,
Mullum dimidium, lupumque totum,
Murenaque latus, femurque pulli,
Stilantemque alica ſua palumbum,
Hæc cùm condita ſunt madente mappa,
Traduntur puero domum ferenda.
Nos accumbimus otioſa turba.
Vllus ſi pudor eſt repone cœnam.
Cras te Cæciliane non * vocabo.

*vocaui mirificè arridet hoc vocaui, vide Modium epiſt. 33.

In Linum. XXXI.

Quid mihi reddat ager, quæris Line Nomentanus.
Hoc mihi reddit ager: te Line non video.

De muneribus mœchæ. XXXII.

Coccina famoſæ donas, & ianthina mœchæ,
Vis dare, quæ meruit munera? mitte togam.

In Tongilium. XXXIII.

Vri Tongilius malè dicitur hemitritæo.
Noui hominis mores: eſurit, atque ſitit,
Subdola tenduntur craſſis *modò retia turdis,
Hamus & in mullum mittitur atq; lupum:
Cæcuba *ſiccentur, quæq; annus coxit Opimi,
Condantur parco fuſca Falerna vitro.
Omnes Tongilium medici iuſsère lauari,

* V. nunc, * ſacentur Turnebus rectè legit.

O ſtulti!

O Stulti! febrim creditis esse: gula est.

In Maximinam. XXXIV.

Ride si sapis ô puella, ride,
Pelignus puto dixerat poëta:
Sed non dixerat omnibus puellis,
* Quamuis dixerat omnibus puellis, *ve non dixerit,*
Non dixit tibi tu puella non es.
Et tres sunt tibi, Maximina, dentes,
Sed planè piceique, buxeique,
Quare, si speculo, mihique credis,
Debes non aliter timere risum,
Quam ventum Spanius, manumq; *Priscus, * *Cri-spus.*
Quam cretata timet Gabulla nimbum,
Cerussata timet Sabella solem:
Vultus * indue tu magis seueros,
Quàm coniunx Priami, nurusquè maior, * *finge tuos.*
Mimos ridiculi Philistionis,
Et conuiuia nequiora vita,
Et quidquid lepida procacitate
Laxat perspicuo labella risu.
Te mœstæ decet assidere matri,
Lugentiquè virum, piumquè fratrem,
Et tantùm tragicis vacare Musis.
At tu iudicium secuta nostrum,
Plora, si sapis ô puella, plora.

In Candidum. XXXV.

Candide κοινὰ φίλων, hæc sunt tua Candide (πάντα. *κοινὰ φίλων hæc sunt tua semper can-*
Quæ tu magniloquus nocte, dieque sonas.
Te Lacedæmonia velat toga lata Galeso,

Vel quam ſepoſito de grege * Parma dedi
dide. At me quæ paſſa eſt Furias, & cornua tauri,
κοινά. Noluerit dici, quàm pila prima ſuam.
*Creta. Miſit Agenoridæ Cadmi tibi terra lacernas:
Non vendes nummis coccina noſtra tribu
Tu Lybicos Indis ſuſpendis dentibus orbes.
Fulcitur teſta fagina menſa mihi.
Immodici tibi flaua tegunt Chryſendeta mull
Concolor in noſtra cammare lance rubes.
Ex opibus tantis veteri, fidoquè ſodali.
Das nihil, & dicis, canoide κοινὰ φίλων

In Sextum. XXXVI.

Emi ſeu puerum, togamue pexam,
Seu tres, vt puto, quatuorue libras.
Sextus protinus ille fœnerator,
Quem noſtis veterem meum ſodalem,
Ne quid fortè petam, timet, cauetquè
Et ſecum, ſed vt audiam, ſuſurrat,
Seprem millia debeo Secundo,
Phœbo quatuor, vndecim Phileto,
Et quadrans mihi nullus eſt in arca.
O grande ingenium mei ſodalis.
Durum eſt, Sexte, negare, cum rogaris:
Quanto durius antequam rogeris?

In Næuolum, XXXVII.

oppoſitis ſuppoſitis. Florida per varios, vt pingitur hybla colores,
Cùm breue Sicaniæ vel populantur apes
prata lacernis. Sic tua *compoſitis perlucent * præla lucernis
Sic micat innumeris arcula ſyntheſibus.
V. trita. Atq; vnam veſtire tribum tua vellera poſſunt,
Apula non vno quæ grege terra tulit.

Tu ſpectas hyemem ſuccincti lentus amici,
Pro ſcelus, & lateris frigora *tuta times.
Quantum erat infelix pannis fraudare duobus
*Non metuas mortem, Næuole, ſed tineas.

Lipſius tute.
** Quod renuis non te (Quid, renuis) non te, &c.*

Ad Rufum. XXXVIII.

Cauponem, laniumque balneumque
Tonſorem tabulamque, calculoſque,
Et paucos, ſed vt eligam, libellos:
Vnum non nimium rudem ſodalem,
Hæc præſta mihi Rufe, vel Bitontis,
Et thermas tibi habe Neronianas.

In Maximum. XXXIX.

Vis fieri liber? mentiris, Maxime, non vis:
Sed fieri ſi vis hac ratione potes.
Liber eris, cœnare foris, ſi Maxime nolis:
Veientana tuam, ſi domat vua ſitim:
Si ridere potes miſeri chryſendeta Cinnæ:
Contentus noſtra ſi potes eſſe toga.
Hæc tibi ſi vis eſt, ſi mentis tanta poteſtas,
Liberior Partho viuere rege potes.

Ad Sextum. XL.

Vis te, Sexte, coli, volebam amare.
Parendum eſt tibi: quod iubes, colêris,
Sed ſi te colo, Sexte, non amabo.

*In * fictum diuitem.* XLI.

** de Microco diuite.*

Hic, quem videtis greſſibus vagis lentum,
Amethyſtinatus media qui ſecat ſepta;
Quem non lacernis Publius meus vincit.
Non ipſe Codrus alpha penulatorum:
Quem grex togatus ſequitur, & capillatus.
Recenſque ſella, linteiſque loriſque.

Oppignorauit ad modo Claudii menſam
Vix octo nummis annulum, vnde cœnaret.

In Zoilum. XLII.

Pexatus pulchre rides mea Zoile trita.
Sunt hæc trita quidem Zoile. ſed mea ſunt.

De Cœnatione Mica. XLIII,

Mica vocor: quod ſim, cernis? Cœnatio parua,
Ex me Cæſareum proſpicis eccetholum.
Frange toros: pete vina: roſas cape; tingere nardo:
Ipſe iubet mortis * te meminiſſe Deus.

*In * Taurum.* XLIV.

Dum modò cauſidicum, dum te modò rethora fingis
Et non decernis, Taure, quid eſſe velis;
Peleos, & Priami * tranſit, vel Neſtoris * ætas,
Et fuerat ſerum iam tibi deſinere
Incipe, tres vno perierunt rhetores anno,
Si quid habes animi, ſi quid in arte vales,
Si ſchola damnatur, fora litibus omnia feruent:
Ipſe * poteſt fieri Marſia cauſidicus.
Eia age rumpe moras quo te ſpectabim⁹ vſq;!
Dum, *quid ſis dubitas, iam potes eſſe nihil.

In Saletanum. XLV.

Cur triſtiorem cernimus Saletanum?
An cauſſa leuis eſt, extulit, inquis, vxorem.
O grande fati crimen! ô grauem caſum!
Illa, illa diues mortua eſt Secundilla,
Centena decies quæ tibi dedit dotis?
Nollem occidiſſet hoc tibi, Saletane.

In

In Lalagen. XLVI.

Vnus de toto peccauerat orbe comarum
  Annulus, incerta non bene fixus acu.
Hoc facinus Lalage ſpeculo, quo viderat, vlta
  Et cecidit ſectis iſta Plecuſa comis. (eſt,
Deſine * iam Lalage triſtes ornare capillos,
  Tangat & inſanum nulla puella caput. * *tam.*
Hoc ſalamãdra notet, vel ſæua nouacula nudet
  Vt digna ſpeculo fiat imago tuo.

In Poſtumum. XLVII.

Occurris quocunq; loco mihi Poſtume, clamas
  Protinus & prima eſt hæc tua vox, quid agis?
Hoc, ſi me decies vna conueneris hora.
  Dicis, habes puto tu Poſtume, nil quod agas.

Ad Olum, XLVIII.

Quòd te nomine iam tuo ſaluto
Quem regem & dominum prius vocabam,
Ne me dixeris eſſe contumacem.
Totis pilea ſarcinis redemi
Reges & dominos habere debet,
Qui ſe non habet, atq; concupiſcit,
Quod Reges dominique concupiſcunt.
Servum ſi potes, Ole, non habere.
Et regem potes, Ole, non habere.

In Claſſicum. XLIX.

Inuitum cænare foris te Claſſice dicis,
  Si non mentiris, Claſſice, diſpeream.
Ipſe quoque ad cœnam gaudebat Apicius ire.
  Cùm cœnaret, erat triſtior ille domi.
Si tamen inuitus vadis, cur Claſſice vadis?
  Cogor, ais? verum eſt cogitur & Selius.
En rogat ad cænam melior te, Claſſice rectã

Grandia verba vbi sunt? si vir es, ecce nega.

Ad Cæcilianum. L.

Candidius nihil est te, Cæciliane notaui,
Si quando ex nostris disticha pauca legis.
Protinus aut Marci recitas, aut scripta Catulli.
Hæc mihi das, tanquam deteriora legas,
* *istud.* Vt collata magis placeant mea? credim⁹* illud.
Malo tamen recites Cæciliane tua.

In Saufellum. L I.

Cinctum togatis post & ane Saufellum.
Quanta reduci Regulus solet turba.
Ad alta tonsum templa cùm reum misit,
Materne cernis? inuidere nolito.
Comitatus iste sit precor tuus nunquam.
Hos illi amicos, & greges togatorum.
Fusciculenus præstat, & Rauentinus.

De Leone. L I I.

Verbera securi solitus leo ferre magistri,
Insertamque pati blandus in ora manum.
Dedidicit pacem, subitò feritate reuersa,
Quanta nec in Libycis debuit esse iugis.
Nam duo de tenera puerilia corpora turba,
Sanguineam rastris quæ renouabat humum,
Sævus & infelix furiali dente peremit.
Martia non vidit maius arena nefas.
Exclamare libet, crudelis, perfide prædo,
A nostris pueris parcere disce lupa.

De Mario. L I I I.

Argenti libras Marius tibi quinque reliquit?
Cui nihil ipse dabas, is tibi verba dedit.

In Cosconium. L I V.

Cosco-

Cosconi qui longa putas epigrammata nostra,
Vtilis vngendis axibus esse potes.
Hac tu credideris longum ratione colossum,
Et puerum Bruti dixeris esse breuem.
Disce, quod ignoras: Marsi, doctique Pedonis,
Sæpe duplex vnum pagina tractat opus.
Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possis:
Sed tu, Cosconi, disticha longa facis.

Ad Cæcilianum. LV.

* Æstiuo serues, vbi piscem tempore quæris?
In thermis serua, Cæciliane, tuis.

*Festino sed malè.

In Nasicam. LVI.

Inuitas tunc me, cùm scis Nasica vocatum,
Excusatum habeas me: rogo: cœno domi.

De Fannio. LVII.

Hostem cùm fugeret, se Fannius ipse peremit.
*Hic, rogo, non furor est, ne moreare mori?

*Hoc

In Zoilum. LVIII.

Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit,
Cùm tamen hæc tua sit, Zoile, sandapila.

Ad Ponticum. LIX.

Abscissa servum quid fingis Pontice lingua?
Nescis tu, populum quod tacet ille, loqui?

Ad Amicum. LX.

Vimine clausa leui niueæ custodia * coptæ,
Hæc tibi Saturni tempore munus erit.
Dona quod æstatis misi tibi mense Decembri,
Si quereris, rasam tu mihi mitte togam.

*placenta genus.

In Mamercum. LXI.

Nil recitas, & vis Mamerce poëta videri:

Quidquid vis esto, dummodo nil recites.

Ad Quinctilianum. LXII.

Quinctiliane vagæ moderatur summe iuuētæ,
Gloria Romanæ Quinctiliane togæ, (nis,
Viuere quod propero pauper, nec inutilis an-
Da veniam: properat viuere nemo satis:
Differat hoc Patrios optat qui vincere census,
Atriaque immodicis arctat imaginibus.
Me focus, & nigros non indignantia fumos
Tecta iuuant, & fons vivus, & herba rudis.
Si mihi verna satur, sit non doctissima coniunx:
Si nox cum somno sit sine lite dies.

Ad Cæsarem Domitianum. LXIII.

Rerum certa salus, terrarum gloria Cæsar.
Sospite quo magnos credimus esse Deos:
Si festinatis toties tibi lecta libellis
Detinuêre oculos carmina nostra tuos:
Quod fortuna vetat fieri, permitte videri.
Natorum genitor credar vt esse trium.
Hæc, si displicui fuerint solatia nobis:
Hæc fuerint nobis prœmia, si placui.

Ad Vxorem. LXIV.

Natorum mihi ius trium roganti,
Musarum pretium dedit mearum,
Solus qui poterat, valebit vxor.
Non debet domino perire munus.

Ad Regulum. LXV.

Primus vbi est, inquis, cum sit liber iste secun-
Quid faciam, si pl⁹ ille pudoris habet (d⁹?
Tu tamen hunc fieri, si mauis Regule primum;
Vnum de titulo tollere iota potes.

M. VAL.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.
LIBER III.

Ad Lectorem de libro Gallicano. I.

HOc tibi quidquid id eſt, longinquis mittit ab oris
Gallia, Romanæ nomine dicta togæ.
Hunc legis, & laudas librum fortaſſe priorem.
Illa, vel hæc mea ſunt, † quæ meliora putas?
Plus ſanè placeat, domina qui natus in vrbe eſt
Debet enim Gallum vincere verna liber.

† *per interrogationem putant hac efferenda,*

Ad librum ſuum. II,

Cuius vis fieri libelle munus?
Feſtina tibi vindicem parare.
Ne nigram citò raptus in culinam,
Cordyllas madida tegas papyro,
Vel ruris peperiſquè ſis cucullus.
Fauſtini fugis in ſinum? ſapiſti.
Cedro nunc licet ambules perunctus,
Et frontis gemino ducens honore
Pictis luxurieris vmbilicis,
Et te purpura delicata velet,
Et cocco rubeat ſuperbus index,
Illo vindice nec probum timeto:

Ad librum ſuum III.

Romam vade liber, ſi, veneris vnde, requiret
Æmiliæ dices de regione viæ.
Si, quibus in terris, qua ſimus in vrbe rogabit:
Corneli referas me licet eſſe foro.
Cur abſim, quæret breuiter, tu multa fatere,

Non poterat vanæ tædia ferre togæ.
Si quando veniet, dicet: * reſponde, poëta
Exierat: veniet, cùm citharœdus erit,

* *impe - ritè quidam.*

hic ſcribunt, tu reſpondeto: nullum ineſt vitium carmini. Tertij ordinis hic eſt reſponde, vt apud Manilium lib. 5. Sic etiam magno quadam reſpondere mundo.

Ad eundem. I V.

Vis commendari ſine me curſurus in vrbem,
Parue liber, multis: an ſatis vnus erit?
Vnus, erit mihi crede, ſatis, cui non eris hoſpes,
Iulius, aſſiduum nomen in ore meo.
Protinus hunc adeas, primiq; in limine tecti,
*(Quos tenuit Daphnis, nũc tenet ille Lares)
Eſt illi coniunx, quæ te manibuſq; ſinuquè
Excipiet, vel ſi puluerulentus eas.
Hos tu ſeu pariter, ſiue hanc illumue priorem
Videris, hoc dices, Marcus auere iubet.
Hoc ſatis eſt, alios commendat epiſtola, peccat,
Qui commendandum ſe putat eſſe ſuis.

* *Ita doctiſſimus diſtinguit Lipſius & rectè meo animo.*

Ad Marcellinum. V.

Lux tibi poſt Idus numeratur tertia Maias,
Marcelline tuis bis celebrande ſacris.
Imputat ætherios ortus hæc prima parenti:
Libat florentes hæc tibi prima genas.
Magna licet dederit iucundæ munera vitæ,
Plus nunquam patri præſtitit illa dies,

De Sportula. V I.

Centum miſelli iam valete quadrantes,
Ante ambulonis congiarium laſſi,
Quis diuidebat balneator elixus,

Quid cogitatis ! ô fames amicorum ?
Regis superbi sportulæ recesserunt.
Nihil stropharum est: iam salarium dandum est

In Cinnam. VII.

Versiculos in me narratur scribere Cinna.
Non scribit, cuius carmina nemo legit.

In Philomusum. VIII.

Constituit Philomuse pater tibi millia bina
Menstrua, perq; omnes præstitit illa dies,
Luxuriam premeret cũ crastina semper egestas
Et vitiis cesset danda diurna tuis:
Idem te moriens hæredem ex asse reliquit:
Exhæredauit te Philomuse pater.

In Fabullum. IX.

Vnguentum fateor bonum dedisti
Conuiuis here: sed nihil scidisti
Res salsa est bene olere, & esurire
Qui non cœnat & vnguitur, Fabulle
Hic vere mihi mortuus videtur.

In Næuiam. X.

Dum non vis leporem, dum non vis carpere mullum,
Et plus quam patri Næuia parcis apro
Accusas, rumpisq; cocũ, tanquam omnia cruda
Attulerit: nunquam sic * ego crudus ero.

De Tucio. XI.

Romam petebat esuritor * Tucius
Profectus ex Hispania
Occurrit illi sportularum fabula
A ponte rediit Miluio.

In Cerdonem. XII.

** quia te omnia remouẽte nihil comedã*
** V, Tuscio.*
** Tuscius,*

Das gladiatores ſutorum regule, Cerdo,
Quodquè tibi tribuit ſubula, ſica rapit.
Ebrius es, nec enim faceres id ſobrius vnquam,
† velles † Vt velles corio ludere Cerdo tuo.
vt. Luſiſti, ſatis eſt: ſed te, mihi crede. memento
Nunc in pellicula Cerdo, tenere tua.

In Maximum. XIII.

† tu ex- Perfrixiſſe tuas queſta eſt præfacio fauces
utaris Cùm † te excuſaris Maxime, quid recitas?
V.

De vipera in orbe vrſæ. XIV.

Proxima centenis oſtenditur vrſa columnis,
Exornant fictæ qua Platanona feræ.
† allu- Huius dum patulos † alludens tentat hiatus
dere. Pulcher Hylas, teneram merſit in ora manum.
Vipera, ſed cæco † ſcelerata latebat in ore,
† ce ata Viuebatquè anima deteriora fera.
Non ſenſit puer eſſe dolos, niſi dente recepto,
† falſa. Dum petit ô facinus † auſa, quod vrſa fuit.

De Canio. XV.

Dic Muſa quid agat Canius meus Rufus?
Vtrumne chartis tradit ille victuris
Legenda temporum acta Claudianorum?
An quæ Neroni falſus adſtruit ſcriptor?
An æmulatur improbi iocos Phœdri?
Laſcivus elegis, an ſeuerus herois?
An in cothurnis horridus Sophocleis,
An otioſus in ſchola poëtarum
Lepore tinctos Attico ſales narrat?
Hinc ſi receſſit, porticum terit templi,
An ſpatia carpit lentus Argonautarum?
An delicatæ ſole rurſus Europæ

Inter

Inter topentes post meridiem buxos
Sedet, ambulátue liber acribus curis?
† Titine, thermis, ac lauatur Agryppæ, — † Petine M. S, Stertitne.
An impudici balneo Figillini?
An rure Tulli fruitur, atque Lucani?
An Pollionis dulce currit ad Quartum?
An æstuantes iam profectus ad Baias
Piger Lacrino nauiculatur in stagno:
Vis scire quid agat Canius tuus? ridet.

† *In crudelem dominum.* XVI. — † de domino & famulo.

Proscriptum famulus seruauit fronte notatus,
Non fuit hæc domini vita, sed inuidia.

De Apicio. XVII.

Dederas Apici bis tricenties ventri,
Sed adhuc superat centies tibi † laxum. — † luxu,
Hoc tu grauatus, ne famem & sitim ferret,
Summa venenum potione † duxisti. — † duxisti id est, bibisti.
Nihil est Apici tibi gulosius factum.

In † *Inuitatorem.* XVIII — † Cenipetam auarum

Omnia cum retro pueris obsonia tradas:
Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?

Ad Faustiuum. XIX.

Si temperari balneum cupis feruens
Faustine, quod vix Iulianus intraret:
Rogo † lauet vti rhetorem Sabineum. — † lauet. alij roga lauet V. lauetur hic rhetor Sabineus.
Neronianas is refrigerat thermas.

In Candidum. XX.

Prædia solus habes, & solus Candide, nummos.
Aurea solus habes, myrrhina solus habes:
Massica solus habes, & Opimi cæcuba solus:
Et cor solus habes: solus & ingenium.

Omnia solus habes: hoc me puto velle negare:
*Vxorem, sed habes, Candide, cum populo.

* Adulteram,

In Gallum. XXI.

Nunquàm me reuocas, * venias cum sæpè vocatus:
Ignosco, nullum si modò, Galle vocas.
Inuitas alios, vitium est vtriusq; quod? inquis,
Et mihi cor non est, nec tibi, Galle, pudor.

* cum sis prior ipse.

In Nestorem. XXII,

Auriculam Mario grauiter miraris olere.
Tu facis hoc: garris, Nestor, in auriculam.

In Zoilum. XXIII,

Has cum gemina compede dedicat catenas
Saturne, tibi Zoilus, anulos priores.

Ad Gargilianum XXIV.

Sportula nulla datur, gratis conuiua recumbis.
Dic mihi, quid Romæ, Gargiliane, facis?
Cum ratione licet dicas te viuere summa:
Quòd viuis, nulla cum ratione facis.

Ad Rufinum. XXV.

Sunt tibi, confiteor, diffusi iugera campi,
Vrbanique tenent prædia multa Lares:
Et seruit dominæ numerosus debitor arcæ,
Sustentatque tuas aurea mensa dapes
Fastidire tamen noli, Rufine, minores.
Plus habuit Didymus: plus Philomelus habet.

De piscibus sculptis. XXVI.

Artis Phidiacæ toreuma clarum,
Pisces adspicis: adde aquam, natabunt.

In Fabianum. XXVII.

Quod novus, & nuper factus tibi præstat amicus:

Hæc

Hæc præſtare iubes me, Fabiane, tibi.
Horridus vt primo ſemper te mane ſalutem,
Per mediumque trahat me tua ſella lutum:
Laſſus vt in thermas decima, vel ſerius hora *V. lacu.
Te ſequar, Agrippa, cum lauer ipſe * Titi.
Hoc per triginta merui, Fabiane, Decembres,
Vt ſim tyro tuæ ſemper amicitiæ?
Hoc merui, Fabiane, toga, tritaq; meaquè,
Vt nondum credas me meruiſſe rudem?

In iraſcentes amicos. XXVIII.

Iraſci tantùm felices noſtis amici. *Amantium ira, &c.*
Non bellè facitis: ſed iuvat hoc facere,

Ad Sextum. XXIX.

Quæ te cauſſa trahit, vel quę fiduciaRomam,
Sexte? quid aut ſperas, aut petis inde? refer.
Cauſſas, inquis, agamCicerone*diſertius ipſo,
Atq; erit in triplici par mihi nemo foro, *V. disertior.
Egit Ateſtiinus cauſſas, & * Ciuis: vtrumquè
Noras: ſed neutri penſio tota fuit.
Si nihil hinc veniet, pangentur carmina nobis: *V. Marcus.
Audieris, dices eſſe Maronis opus,
Inſanis: omnes gelidis quicunquè lacernis
Sunt tibi, Naſones, Virgilioſquè vides.
Atria magna colam? vix tres, aut quatuor iſta
Res aluit, pallet cetera turba famæ,
Quid faciam? ſuade:nam certum eſt viuereRo-
Si bonus es, caſu viuere Sexte potes. (mæ.

In Theleſinum. XXX.

Mutua quòd nobis ter*quinquaginta dediſti *quinquagena legunt.
Ex opibus tantis quas grauis arca premit:
Eſſe tibi magnus, Theleſine videris amicus, *Tum.
*Tu magn⁹,quòd das:imò ego quod recipis

De lacerta cælata. XXXI.

Inſerta phiale Mentoris manu ducta
Lacerta viuit, & timetur argentum.

In Lentinum. XXXII.

Mentiris iuuenem tinctis, Lentine, capillis:
Tam ſubitò ſervus, qui modò cygnus eras.
Non omnes fallis ſcit te proſerpina canum,
Perſonam capiti detrahet illa tuo.

In † Ligurinum, XXXIII.

† *Ligurinum poëtam.*

Occurrit tibi nemo quòd libenter
Quòd, quacunq; venis, fuga eſt, & ingens
Circa te Ligurine ſolitudo:
Quid ſit ſcire cupis nimis poëta es
Hoc valdè vitium periculoſum eſt.
Non tigris catulis citata raptis.
Non dipſas medio peruſta ſole,
Non ſic ſcorpius † improbus timetur.
Nam tantos, rogo, quis ferat labores?
Et ſtanti leges, & legis, ſedenti:
In thermas fugio: ſonas † ad aurem.
Piſcinam peto: non † licet natare
Ad cœnam propero: tenes euntem
Ad cœnam † venio: fugas ſedentem,
Laſſus dormio, ſuſcitas iacentem.
Vis quantum facias mali, videre
Vir iuſtus, probus, innocens timeris.

† *V. impius.*

† *in.*

† *V. ſiis.*

† *ſedeo legendũ reor cũ enim bis idem? Et bellè reſpondet, fugas ſedentem.*

De eodem. XXXIV.

Fugerit an menſas Phœbus, cœnamq; Thyeſtæ
Ignoſco: fugimus nos, Ligurine, tuam.
Illa quidẽ laula eſt, dapibuſq; inſtructa ſuperbis
Sed nihil omnino, te recitante placet.

Nolo

Nolo mihi ponas rhombum, mullumué bilibrem:
Nec volo boletos, ostrea nolo: tace,
Ad Candidum. XXXV.
Exigit à nobis operam siue fine togatam:
Non eo, libertum sed tibi mitto meum,
Non est, inquis idem: multò plus esse probabo.
Vix ego lecticam subsequor: ille feret.
In turbam inciderit, cunctos umbone repellet:
Inualidum est nobis, ingenuumque latus.
Quidlibet in causis narraueris, ipse tacebo:
At tibi ter geminum mugiet ille sophos.
Lis erit, ingenti faciet conuitia voce:
Esse pudor vetuit fortia verba mihi.
Ergo nihil nobis, inquis, præstabis amicus?
Quicquid libertus, Candide, non poterit.
De Basso. XXXVI.
Capena grandi porta, quà pluit gutta,
Phrygiæquè matris Alma quà lauat ferrum,
Horatiorum quà viret sacer campus,
Et qua pusilli feruet Herculis fanum,
Faustine, plena Bassus ibat in rheda,
Omnes beati copias trahens ruris,
Illic videres frutici nobili caules,
Et vtrumquè porrum sessilesque lactucas,
Pigroque ventri non inutiles betas,
Illic coronam pinguibus grauem turdis,
Leporemque læsum Gallici canis dente,
Nondumque victa lacteum faba porcum.
Nec feriatus ibat ante carrucam
Sed tuta feno cursor oua portabat,

Sacer dos Cybeles flumine cultros lauabat.

Romam

Romam petebat Bassus: imò rus ibat.

De Ollo. XXXVII.

Pauperis extruxit cellam, sed vendidit Ollus
Prædia: nunc cellam pauperis Ollus habet.

In inuitatorem. XXXVIII.

Veientana mihi misces, tibi Massica potas;
Olfacere hæc malo pocula, quàm bibere.

In Ligurinum. XXXIX.

Hæc tibi, non alia est ad cœnam causa vocādi,
Versiculos recites, vt Ligurine tuos.
Deposui soleas, affertur protnus ingens
Inter lactucas, oxygarumque liber, (tur.
Alter perlegitur, dum fercula prima moran-
Tertius est, nec adhuc mensa secunda venit.
Et quartum recitas,& quintum deniq; librum,
Putidus est, toties si mihi ponis aprum.
Quod si non scombris scelerata poëmata do-
Cænabis solus iam, Ligurine, domi (nes:

Ad Tongilianum. XL.

Empta domus fuerat tibi, Tongiliane,ducētis:
Abstulit hanc nimiū casus in vrbe frequens.
Collatum est decies rogo non potes ipse videri
Incendisse tuam, Tongiliane, domum?

In Gelliam. XLI.

Quòd quacunque venis,Cosmum migrare putamus,
Et fluere excusso cinnama fusa vitro;
Nolo peregrinis placeas tibi, Gellia, nugis.
Sic puto posse meum, sic bene olere canem.

De Cisterna Rauennate. XLII.

Sit cisterna mihi, quam vinea,malo Rauennæ:
Cum

Cum possim multò vendere pluris aquam.

De Caupone. XLIII.

Callidus imposuit nuper mihi Caupo Rauennæ:
Cùm peterem mixtum, vendidit ille merum.

De villa Faustini, ad Bassum. XLIV.

Baiana nostri villa, Basse, Faustini.
Non otiosis ordinata myrtetis,
Viduaque Platano, tonsilique buxeto
Ingrata lati spatia detinet campi:
Sed rure vero barbaroque lætatur.
Hic farta premitur angulo Ceres omni,
Et multa fragrat testa senibus autumnis,
Hic post nouembres, imminente iam bruma,
Seras putator horridus refert vuas,
Truces in alta valle mugiunt tauri,
Vitulusq; inermi fronte prurit * in pugnam * ad
Vagatur omnis turba sordidæ cortis,
Argutus anser gemmeique pauones.
Nomenque debet, quæ rubentibus pennis: Phœnicopterū describit
Et picta perdix, Numidicæque guttatæ,
Et impiorum phasiana Colchorum.
Sonantque turres plausibus columbarum.
Gemit hinc palumbus, inde cereus turtur,
Auidi sequuntur villicæ sinum porci,
Matremque plenam mollis agnus expectat,
Cingunt serenum lactei focum vernæ,
Et larga festos luces ad Lares sylua.
Non segnis albo pallet otio caupo:
Nec perdit oleum lubricus palæstrita,
Sed tendit auidis rete subdolum turdis,
Tremulaue captum linea trahit piscem,

Aut

Aut impeditam caſſibus refert damam.
† V. vrbanos. Exercet hilares facilis hortus † vmbellas,
Et pœdagogo non iubente laſciui
Parêre gaudent villico capillati,
Et delicatus opere fruitur Ennuchus:
† Non. † Nec venit inanis ruſticus ſalutator,
Fert ille ceris cana cum ſuis mella,
Metamque lactis Saſſinate de ſylua
Somniculoſos ille porrigit glires,
Hic vagientem matris hiſpidæ fœtum,
Alius coactos non amare capones
Et dona matrum vimineo ferunt texto
Grandes proborum virgines colonorum.
Facto vocatur lætus opere vicinus,
Nec auara ſeruat craſtinas dapes menſa
Veſcuntur omnes, ebrioque non nouit
Satur miniſter inuidere conuiuæ.
At tu ſub vrbe poſſides famem mundam,
Et turre ab alta proſpicis meras laurus,
Furemquè Priapo non timente ſecurus.
Et vinitorem farre paſcis vrbano
Pictamque portas otioſus ad villam
Olus, oua pullos, poma, caſeum, muſtum
Rus hoc vocari debet, an domus longè?

De ſutore & fullone. XLV.

Sutor Cerdo dedit tibi culta Bononia munus,
Fullo dedit Mutina, nunc vbi caupo dat is?

In Ponticum. XLVI.

Cùm vocor ad cœnam, non tam venalis, vt antè
Cur mihi non eadem quæ tibi, cœna datur?
Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata Lucrino:

† Su-

† Sumiter inciso mytilus ore mihi. † *Sugit.*
Sunt tibi boleti: fungos ego sumo suillos.
Res tibi cum rhombo est: at mihi cū sparulo
† Aureus immodicis turtur te clunibus implet. † *alij, Ceres, id est pinguis.*
Ponitur in cauea mortua pica mihi.
Cur sine te cæno, cùm tecum Pontice cœnem?
Spartula quod non est, prosit, edamus idem.

In Cinnam. XLVII.

Esse nihil dicit, quicquid petis, improbe Cinna.
Si nil Cinna petis, nil tibi Cinna nego.

In Quinctum. XLIII..

Centenis quod emis pueros, & sæpe ducentis
Quod sub rege Numa condita vina bibis:
Quod constat decies tibi non † speciosa supellex: † *V. spaciosa.*
Libra quòd argenti millia quinque rapit:
Aurea quòd fundi pretio carruca paratur
Quòd pluris † nulli est, quam domus empta tibi † *V. Mula meli⁹ præcessit enim carruca.*
Hæc animo magne credis te, Quincte, parare?
Falleris, hæc animus, Quincte, pusillus emit.

In Cotilum. XLIX.

Cotile, bellus homo es: dicunt hoc, Cotile, multi.
Audio: sed quid sit, dic mihi, bellus homo?
Bell⁹ homo est flexo qui digerit ordine crines:
Balsama qui semper, cinnama semper olet:
Qui legit hinc illinc missas scribitq; tabellas:
Pallia vicini qui refugit cubiti:
Quid narras? hoc est, hoc est, homo, Cotile, bellus. † *tetricosa.*
Res † pertricosa est, Cotile, bellus homo.

Ad Cassianum. L,

Sirenas * hilarem nauigantium * pœnas,
Blandasq; mortes, gaudiumq; crudele,
Quas nemo quondam deserebat auditas,
Fallax Vlysses dicitur reliquisse,
Non miror: illud Cassiane mirarer.
Si fabulantem Canium reliquisset,

In M. Antonium. L I.

Par scelus admisit phariis Antonius armis:
* Abscidit vultus ensis vterque sacros:
Illud laurigeros ageres cum læta triumphos.
Hoc tibi Roma caput cùm loquereris, erat.
Antoni tamen est peior, quibus caussa Photini:
Hic facinus domino præstitit, ille sibi.

De pigris nautis. L II.

Cessatis pueri nihilque * nostis:
* Veterno, * resinaque pigriores:
Quorum per vada tarda nauigantes,
Lentos * figitis ad celeuma remos.
Iam prono Phaëtonte sudat Æthon,
Exarsitque dies, & hora lassos
Interiungit equos meridiana.
At vos tam placidas vagi per vndas
Tuta luditis otium carina.
Non * nautas puto vos, sed argonautas

Ad Paulinum. L III.

Minxisti currente semel, Pauline, carina.
Mingere vis iterum, iam Palinurus eris.

In Rufum. L IV.

Esse negas coctum leporem, poscisq; flagella:
Mauis Rufe cocum *scindere, quam leporé.

**V. hilares. *moras male nam bis claudica et claudus scazon. *Abscidit heu vultus. *mœstis Lipsius *Veientone asinaque idem. *remotaque. Resina certè primam & secundam lege grammatica & auctoritate tendit. *V. tingitis elegantius. *pigros nautas. ἀεργος.*

 * *cadere*

Ad Cerdonem. L V.

Irasci nostro non debes Cerdo libello.
Ars tua, non vita est carmine læsa meo.
Innocuos permitte sales cur ludere nobis
Non liceat, licuit si iugulare tibi ?

Ad Rufum. L V I.

Cursorem sexta tibi Rufe remissimus hora ;
Carmina quē madidum nostra tulisse reor,
Imbribus immodicis cœlū nam fortè ruebat.
Non aliter mitti debuit iste liber.

M. VAL. MARTIALIS
EPIGRAMMATON.
LIBER IV.

De natali Domitiani. I.

CÆsaris alma dies, & luce sacratior * illa, ** V. omni.*
Conscia Dictæum qua tulit Ida Iouem,
Longa precor, Pylioq; veni numerosior æuo,
Semper & hoc vultu, vel meliore nite,
Hic colat Albano Tritonida * cultus in auro, ** multus in aruo.*
doctè scribit Lipsius propter Mineruam & Quinquatium Domitiani. Et consensit Schortus in aruo multus etiam V. c. habet.
Perq; manus tantas plurima quercus eat.
Hic colat ingenti redeuntia sæcula lustro,
Et quæ Romuleus sacra Terentus habet.
Manna quidem superûm petimus, sed debita terris
Pro tanto quæ sunt improba vota Deo ?

De

De Horatio. II.

Spectabat modò solus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis.
Cùm plebs, & minor ordo, maximusquè
Sancto cum duce candidus sederet.
Toto nix cecidit repentè cœlo:
Albis spectat Horatius lacernis.

De niuibus. III.

Aspice quàm densum tacitarum vellus aquarũ
Defluat in vultus Cæsaris, inque sinus.
Indulget tamen ille Ioui, nec vertice mota
Concretas pigro frigore ridet aquas.
Sidus Hyperborei solitus lassare Bootæ,
Et madidis Helicen dissimulare comis.
Qui siccis lasciuit aquis. & ab æthere ludit.
Suspicor has pueri Cæsaris esse niues.

In Bassum. IV.

Quod siccæ redolet palus lacunæ,
Crudarum nebulæ quod Albularum,
Piscinæ vetus aura quod marinæ
† Lassi bardiacus quod euocati,
Quod bis murice vellus inquinatum,
Quod ieiunia Sabbatariorum
Mæstorum quod anhelitus reorum,
Quod spurcæ moriens lucerna † Ledæ,
Quod ceromata fæce de Sabina.
Quod vulpis fuga, vipere cubile,
† Malles, quam quod oles, olere Bassa.

† *Lazi, legunt aliqui.*

† *Tedæ placet hoc l.*

† *Mallem.*

Ad Fabianum. V.

Vir bon⁹,& pauper, linguaq; & pectore verus,
Quid tibi vis, vrbem quid Fabiane, petis?

Qui

Qui nec leno potes. nec comeſſator haberi,
Nec pauidos * triſti voce citare reos.
Vendere nec vario circa pallatia fumos:
Plaudere nec* Cano plaudere nec Glaphyro.
Vnde miſer viues, homo fidus, certus amicus?
Hoc nihil eſt, nunquam ſit Philomelus eris.

** V. ſtricta,*
** Canio*

In Maſſilianum. V I.

Credi virgine caſtor pudica,
Et frontis teneris cupis videri,
Cum ſis improbior Maſſiliane,
Quàm qui compoſitos metro Tibulli,
In Stellæ recitat domo libellos.

Ad Euphemum. V I I,

Prima ſalutantes, atq; altera * continet hora,
Exercet raucos tertia cauſidicos.
In quinctam varios extendit Roma labores.
Sexta, quies laſſis ſeptima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua palæſtris.
Imperat extructos frangere nona thoros.
Hora libellorum decima eſt Eupheme meorũ,
Temperat ambroſias cùm tua cura dapes.
Et bonus Ætherio laxatur nectare Cæſar,
Ingentique tenet pocula * parca manu.
Tunc admitte iocos * greſſu timet ire licenti
Ad matutinum noſtra Thalia Iouem.

** al. diſtinet.*

** V. larua.*

** V. greſſum metire. licebit.*

Ad Fauſtinum. V I I I.

Dum novus eſt, * neque adhuc raſa mihi fronte libellus
Pagina dum tangi non bene ſicca timet:
I puer, & caro perfer leue munus amico,
Qui meruit nugas primus habere meas.

** V. & ad hoc non.*

† *M. S, punica.* Curre, ſed inſtructum comitetur † pumice librum

Spongia: muneribus conuenit illa meis.

Non poſſunt noſtros multæ Fauſtine lituræ

Emendare iocos: vna litura poteſt.

In Antonium Saturninum. IX.

Dum nimiũ vano tumefactus nomine gaudes

Et Saturninum te pudet eſſe miſer:

Impia Parrhaſia mouiſti bella ſub vrſa,

Qualia qui Phariæ coniugis arma tulit.

Excideratne adeò fatum tibi nominis huius,

Obruit actiaci quod grauis ira freti?

An tibi promiſit Rhenus, quod non dedit illi

Nilus & Arctois plus licuiſſet aquis?

Ille etiam noſtris Antonius occidit armis:

Qui tibi collatus perfide, Cæſar erat.

De nuptijs Pudentis & Claudiæ, X.

Claudia Rufe meo nubit peregrina Pudenti:

Macto eſto tædis ô Hymenæe tuis.

Tam bene rara ſuo miſcentur cinnama nardo,

Maſſica Theſeis tam bene vina fauis.

Nec melius teneris iunguntur vitibus vlmi

Nec plus lotos aquas, littora myrtus amat.

Candida perpetuo reſide concordia lecto,

† *connubium.* Tamq; pari ſemper ſit † Venus æqua iugo.

Diligat † ipſa ſenem quondã: ſed & illa marito,

† *illa V.* Tunc quoq; cum fuerit, non videatur anus.

Ad Silum. XI.

Sili Caſtalidum decus ſororum,

Qui periuria barbari furoris,

Ingenti premis ore, perfidoſque

Faſtus

Faſtus Hannibalis, liueſque Pœnos
Magnis cedere cogis Africanis:
Paullum ſepoſita ſeueritate,
Dum blanda vagus alea December
Incertis ſonat hinc & hinc fritillis,
Et ludit rota nequiore talo,
Noſtris otia commoda Camænis,
Nec torua lege fronte, ſed remiſſa
Laſciuis madidos iocis libellos.
Sic forſan tener auſus eſt Catullus
Magno mittere paſſerem Maroni.

Ad Cæcilianum. XII.

Mille tibi nummos heſterna† nocte roganti, †*V. luce.*
In ſex aut ſeptem Cæciliane dies.
Non habeo dixi:: ſed tu cauſſatus amici
Aduentum lancem, paucaq; vaſa rogas.
Stultus es, an ſtultum me credis amice? negaui
Mille tibi nummos, millia quinq; dabo?

De puero ſtillicidio iugulato. XIII.

Qua vicina pluit Vipſanis porta columnis,
Et madet aſſiduo lubricus imbre lapis
In iugulum pueri, qui roſcida templa ſubibat,
Decidit hyberno prægrauis vnda gelu
Cumque peregiſſet miſeri crudelia fata,
Tabuit in calido vulnere mucro tener
Quid non ſæua ſibi voluit fortuna licere?
Aut vbi mors non eſt, ſi iugulatis aquæ?

De endromide. XIV.

Hanc tibi Sequanice pinguem textricis alumnam
Quæ Lacedæmonium barbara nomē habet.

Sordida sed gelido non aspernanda Decembri,
Dona, peregrinam mittimus endromida.
Seu lentum Ceroma teris, tepidumue trigona,
Siue harbasta manu puluerulenta rapis:
Plumea seu laxi partiris pondera follis:
Siue leuem * cursu vincere quæris * Atham.
Ne madidos, intret penetrabile frigus in artus,
Neue grauis subita te premat Iris aqua,
Ridebis ventos, hoc munere tectus & imbres.
Non sic in Tyria sindone * tutus eris.

Quatuor sunt genera pilarum
** Vforsan.*
**Athan*
** cultus sed melius tut⁹*

De Cærelia, & Gellia. XV,

Dicit se vetulam, cùm sit Cærelia puppa,
Puppam se dicit Gellia, cùm sit anus.
Ferre nec hanc possis, possis Coline nec illam.
Altera ridicula est, altera putidula.

De Selio. XVI.

Nullos esse Deos, inane cœlum
Affirmat Selius, probatque quòd se
Factum, dum negat hæc, videt beatum.

Ad Thaliam. XVII.

Dum tu lenta nimis, diuque quæris,
Quis primus tibi, quisue sit secundus:
Gratum quisue epigramma comparabit:
Palmam Callimachus, Thalia de se
Facundo dedit ipse Brutiano.
Qui si Cecropio satur lepore,
Romanæ sale luserit Mineruæ.
Illi me facias, precor secundum.

Ad Fabianum. XVIII,

Omnes, quas habuit, Fabiane, Lycoris amicas,
Extulit, vxori fiat amica meæ.

De

** De littoribus Altini.* XIX. **Ad Aquileiā.*

Æmula Baianis, Altini littora villis,
Et Phaëtontei conſcia ſylua rogi.
Quæque Antenorio Dryadum pulcherrima Fauno:
Nupſit ad Euganios ſola puella lacus,
Et tu Ledæo felix Aquileia Timauo,
Hic vbi ſeptenas Cyllarus haurit aquas.
Vos eritis noſtræ portus, requieſque ſenectæ.
Si iuris fuerint otia noſtra ſui.

Ad Poſtumum. XX.

Quod te mane domi toto non vidimus anno,
Vis dicam, quantum, poſtume, perdiderim?
Tricenos, puto, bis, *Vicenos ter, puto, nūmos **V. de noſtris computo nummis*
Ignoſces, togulam, Poſtume, pluris emo,

Ad Auguſtum. XXI.

Sæpe meos laudare ſoles, Auguſte, libellos,
Inuidus ecce negat: * non minus ergo ſoles ** V. nummi-nus ergo ſoles.*
Quid, quòd honorato non ſola voce dediſti,
Non alius poterat quæ dare dona mihi.
Ecce iterum nigros corrodit liuidus vngues.
Da Cæſar, tanto tu magis, vt doleat.

Ad Pudentem. XXII.

Obſtat chare Pudens noſtris ſua turba libellis
Lectoremq; frequens laſſat, & implet opus.
Rara iuuant, primis ſic maior gratia pomis:
Hybernæ pretium ſic meruêre roſæ,
Sæpius in libro memoratur Perſius vno,
Quam leuis in tota Marſus Amazonide.
Tu quoq; de noſtris releges quæcunq; libellis.
Eſſe puta ſolum: ſic tibi pluris ero,

Ad Piscatorem. XXIII.

Baiano procul a lacu monemus
Piscator fuge, ne nocens recedas.
Sacris piscibus hæ natantur vndæ,
Quæ norunt dominum, manumq; lambunt
Illam qua nihil est in orbe maius.
Quid quod nomen habent, & ad magistri
Vocem quisque sui, venit citatus?
Hoc quondam Libys impius profundo,
Dum prædam calamo tremente ducit,
Raptis luminibus, repentè cæcus
Captum non potuit videre piscem,
Et nunc sacrilegos perosus hamos
Baianos sed & ad lacus † rogator.
At tu dum potes, innocens recede
Iactis simplicibus cibis in vndas,
Et pisces venerare † dedicatos.

† *V. delicatos.*

De ape electro inclusa. XXIV.

Et latet & lucet Phaëthontide condita gutta,
Et videatur apis nectare clausa suo.
Dignum tantorum pretium tulit ille laborum,
Credibile es ipsam sic voluisse mori.

Ad Sosibianum. XXV.

Plena laboratis habeas cum scrinia libris,
Emittis quare, Sosibiane, nihil?
Edent hæredes, inquis, mea carmina, quando?
Tempus erat, iam te; Sosibiane, † legi.

† *te nẽpe mortuo.*

Ad Attalum. XXVI.

Sordida cùm tibi sit, verum tamen, Attale dicit,
Quisquis te niueam dicit habere togam.

De pugna Damarum. XXVII.

Fron-

Frontibus aduerſis molles concurrere Damas † V. fato fortè.
Vidimus, & † fati ſorte iacere pari.
Spectauêre canes prædam, ſtupuitq; ſuperbus,
Venator, cultro nil ſupereſſe ſuo,
Vnde leues animi tanto caluêre furore?
Sic pugnant tauri, ſic cecidêre viri.

Ad Olum. XXVIII. (barbam

Cœna eſt barba tibi: nigra eſt coma: tingere
Non potes, hæc cauſa eſt: ſed potes Ole co-

Ad Afrum. XXIX (mam.

Centum Coracinus, & ducenta Mancinus,
Trecenta debet Titius, hoc bis Albinus,
Decies Sabinus, alterumq; Serranus.
Ex inſulis, fundiſq; tricies ſoldum,
Ex pecore redeunt ter ducenta Parmenſi.
Totis diebus Afer hoc mihi narras:
Et teneo melius iſta quàm meum nomen
Numeres oportet aliquid, vt pati poſſim
Quotidianum refice Nauſeam nummis.
Audire gratis: Afer, iſta non poſſum.

Ad Charinum. XXX.

Argenti genus omne comparaſti,
Et ſolus veteres Myronis artes,
Solus Praxitelis manus, Scopæque
Solus Phidiaci toreuma cœli,
Solus Mentoreos habes labores. † Callarco rectius.
Nec deſunt tibi vera Glaniana,
Nec quæ Gallaico linuntur auro,
Nec menſi Anaglypta de paternis.
Argentum tamen inter omne, miror
Quare non habeas Charine, purum.

Ad Poſtumum. XXXI.

Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto,
Et docti Senecæ † ter numeranda domus.
Prætulimus tantis ſolum te, Poſtume, regnis:
Pauper eras, & eques, ſed mihi conſul eras.
Tecum ter denas numeraui, Poſtume, brumas
Communis nobis lectus, & vnus erat.
Iam donare potes, iam perdere, plenus honorũ
Largus opum: expecto, Poſtume, quid facias.
Nil facis: & ſerum eſt alium mihi quęrere regẽ.
Fortunæ placet hoc? Poſtumus impoſuit.

† tres fratres interpretor cum Delrio. Sen. Mellam Gallionem,

In † male recitantem. XXXII.

Quid recitaturus circumdas vellera collo?
Conueniunt noſtris auribus iſta magis.

† poëtã mala, &c.

De Veſuuio monte. XXXIII.

Hic eſt pampineis viridis modò Veſui⁹ vmbris:
Preſſerat hic madidos nobilis vua lacus.
Hæc iuga, quam Nyſæ colles, plus Bacchus amauit:
Hoc nuper, Satyri monte dedêre choros.
Hæc Veneris ſedes Lacedæmone gratior illi.
Hic locus Herculeo nomine clarus erat.
Cuncta iacent flammis, & triſti merſa fauilla:
Nec ſuperi vellent hoc licuiſſe ſibi.

Ad Phœbum. XXXIV.

Hæc tibi pro nato plena dat lætus acerra,
Phœbe, Palatinus munera Parthenius.
Vt, qui prima nouo ſignat quinquennia luſtro,
Impleat innumeras Burrus Olympiadas.
Fac rata vota patris, ſic te tua diligat vxor,
Gaudeat & certa virginitate ſoror.

Per-

Perpetuo ſic flore mices: ſic denique non ſint
Tam longæ Bromo, quam tibi Phœbe, comæ

De Sabello. XXXV.

Saturnalia diuitem Sabellum,
Fecerunt, meritò tumet Sabellus:
Nec quemquam putat eſſe, prædicatq;
Inter cauſidicos beatiorem,
Hos faſtus, animoſque dat Sabello
Farris ſemodius fabæque freſæ.
Et turis, piperiſque tres ſelibræ,
Et lucanica ventre cum faliſco,
Et nigri Syra defruti lagena,
Et ficus Libyca gelata teſta,
Cum bulbis, cochleiſque caſeoque
Piceno quoque venit à cliente
Parcæ ciſtula non capax oliuæ.
Et craſſo figuli polita cælo
Septenaria ſynthefis Sagunti,
Hiſpanæ luteum rotæ toreuma.
Et lato variata mappa clauo.
Saturnalia fructuoſiora
Annis non habuit decem. Sabellus.

De Phaëtonte, XXXVI,

Incautus Phaëton tabula depictus in hac eſt.
Quid tibi vis. dipyron qui Phëtonta facis?

In Flaccum. XXXVII.

Neſcis, crede mihi, quid ſint epigrammata Flacce.
Qui tantùm luſus illa, iocoſq; † putas: († V- vocas,)
Ille magis ludit, qui ſcribit prandia ſæui
Tereos, aut cœnam crude Thyeſta, tuam.

Aut puero liquidas aptantem Dædalon alas,
Paſcentem Siculas aut Polyphemon oves,
A noſtris procul eſt omnis veſica libellis:
Muſa nec inſano Syrmate noſtra tumet.
Illa tamen laudant omnes, mirantur, adorant,
Confiteor: laudant illa, ſed iſta legunt.

Ad Cæcilianum, XXXVIII.

Cùm tibi non eſſent ſex millia Cæciliane,
Ingenti latè victus es hexaphoro,
Poſtquam bis decies tribuit dea cæca ſinumq;
Ruperunt nummi: factus es, ecce, pedes.
Quid tibi pro meritis, & tantis laudib⁹ optem:
Di reddant ſellam, Cæciliane, tibi:

In Ædilum. XXXIX.

Geſtari iunctis niſi deſinis, Ædile, capris:
Qui modò ficus eras, iam caprificus eris.

Ad Coſmum. XL.

* *intra legit Pictius.*

Hunc, quemſæpè vides inter penetralia noſtra
Pallados, & templi limina, Coſme noui
Cum baculo, peraq; ſenem, cui cana, putriſq;
Stat coma, & in pectus ſordida barba cadit:
Cerea quem nudi tegit vxor ab olla grabati,
Cuique datis latrat obuia turba cibis.
Eſſe putas Cynicum deceptus imagine falſa?
Non eſt hic Cynicus, Coſme: quid ergo? canis.

Ad Colinum. XLI,

O cui Tarpeias licuit contingere quercus.
Et meritas prima cingere fronde comas:
Si ſapis, vtaris totis, Coline, diebus,
Extremumque tibi ſemper adeſſe putes.
Lanificas nulli tres exorare puellas

Con-

Contigit, obseruant, quem statuêre diem.
Diuitior Crispo, Thrasea constantior ipso,
Lautior & nitido sis meliore licet,
Nil adjicit penso Lachesis; fusosq; sororum
Explicat, & semper de tribus vna necat.

Ad Lucium, XLII.

Luci, gloria temporum tuorum
Qui Gaurum veterem, Tagumq; nostrum,
Arpis cedere non sinis disertis,
Argiuas generatus inter vrbes.
Thebas carmine cantet aut Mycenas,
Aut claram Rhodon, aut libidinosæ
Ledæas Lacedæmonis palestras:
Nos Celtis genitos, & ex Iberis,
Nostræ nomina duriora terra
Grato non pudeat te ferre versu;
Cauo Bilbilin optimam metallo,
Quæ vincit Chalibasq; Noricosq;,
Et ferro plateam suo sonantem:
Quam fluctu tenui, sed inquieto *† Risa-*
Armorum Sale temperator ambit. *marum.*
Tutelamq; charosq; † Rixamarum, *† Potero*
Et Conuiuia festa Carduarum *† V, C.*
Et textis † Peteron rosis rubentem *Ripas,*
Atque antiqua patrum theatra † Rigas *† V. C.*
Et certos iaculo leui † Silaos, *habet*
Turgentisque lacus, † Petusiæque, *Sueuos.*
Et paruæ vada pura † Vetonissæ, *† M, S.*
Et sanctum † Baradonis ilicetum, *Perusiæ-*
Per quæ vel piger ambulat viator, *que.*
Et quod fortibus excolit iuuencis, *† alij Po-*

 Curuæ *neuissæ*

Curuæ Manlius arua † Matinessæ.
Hæc tam rustica delicate lector,
Rides nomina? rideas licebit:
Hæc tam rustica malo, quàm Britannos.

Vatinessa M.S. Teutonisse.
† Baratonis,
† al. M.S. Narinessa.
† V. vetulis.

In Gargilianum. XLIII.

Munera quod senib⁹, † viduisq; ingentia mittis
Vis te munificum, Gargiliane, vocem?
Sordidius nihil est, nihil est te spurcius vno,
Qui potes insidias dona vocare tuas.
Sic auidis fallax indulget piscibus hamus:
Callida sic stultas decipit esca feras.
Quid sit largiri quid sit donare, docebo,
Si nescis: dona, Gargiliane, mihi.

Ad Faustinum, XLIV.

Dum nos blanda tenent lasciui stagna Lucrini,
Et quæ pumiceis fontibus antra calent:
Tu colis † Argiui regnum Faustine coloni,
Quò te bis decimus ducit ab vrbe lapis.
Horrida sed feruent Nemei pectora monstri,
Nec satis est Baias igne calere suo.
Ergo sacri fontes, & littora sacra valete,
Nympharum pariter, Nereidumque domus.
Herculeos colles gelida vos vincite bruma,
Nunc Tiburtinis cedite frigoribus.

† V. argo.

In Gallam. XLV.

In tenebris luges amissum, Galla. maritum:
† Num plorare pudet te puto Galla virum?

† Nam V.

De vipera electro inclusa. XLVI.

Flentibus Heliadum ramis dum vipera serpit.
Fluxit in obstantem succina gemma feram:
Quæ dum miratur pingui se rore teneri,

Concreto riguit † vincta, tepentè gelu.
Ne tibi regali placeas, Cleopatra sepulcro,
Vipera si tumulo nobiliore iacet.

† *V. victa.*

De Curiatio. XLVII.

Ardea solstitio, Pæstanaque rura petantur,
Quique Cleonæo sidere feruet ager:
Cùm Tiburtinas damnet Curiatius auras,
Inter laudatas ad Styga missus aquas.
Nulla fata loco possis excludere: cùm mors
Venerit in medio Tibure Sardinia est.

In Mancinum. XLVIII.

Donasse amicum tibi ducenta, Mancine,
Nuper superbo lætus ore iactasti,
Quartus dies est, in schola poëtarum
Dum fabulamur, millibus decem dixti,
Emptas lacernas munus esse pompillæ,
† Sardonychas auro, lineisque ter cinctum,
Duasque similes fluctibus maris gemmas
Dedisse Bassam, Cæliamque iurasti,
Heri, de theatro Pollione cantante,
Cùm subitò abires, dum fugis, loquebaris,
Hæreditatis tibi trecenta venisse:
Et manè centum, & post meridiem centum.
Quid tibi sodales fecimus mali tantùm?
Miserere iam crudelis, & sile tandem,
Aut si tacere lingua non potest ista,
Aliquando narra, quid †Mancine audire.

† *Sardonychis veris ac sardonycha verum, vt alibi Martialis.*

† *quod velimus audire.*

De Lycori. XLIX.

Tibur in Herculeum migrauit nigra Lycoris,
Omnia dum fieri candida credit ibi.

De Cærelia. L.

Dum petit à Baulis mater Cærelia Baias.
Occidit insani crimine mersa freti,
Gloria quanta perit vobis, hæc monstra Neroni
Nec quondam iussæ præstiteratis aquæ.

De hortis Martialis. L I.

† *Iul. infra lib. 7* † Tulli iugera pauca Martialis
Hortis Hesperidum beatiora
Longo ianiculi iugo recumbunt:
Lati collibus imminent recessus:
Et planus modico tumore vertex
Cœlo perfruitur saniore:
Et curuas nebula tegente valles
Solus luce nitet peculiari:
† *Austris.* Puris leniter admouetur † astris
Celsæ culmina delicata villæ.
Hinc septem dominos videre montes,
Et totam licet æstimare Romam.
Albanos quoque Tusculasque colles,
Et qnodcunque iacet sub vrbe frigus,
Fidenas veteres breuesq; Rubras,
† *V. iacet.* Et quod virgineo cruere gaudet.
Annæ pomiferum nemus Perannæ,
Illic flamineæ Salariæque
Gestator † patet, Essedo tacente,
Ne blando rota sit molesta somno,
Quem nec rumpere nauticum celeuma,
Nec clamor valet helciariorum.
Cum sit tam propè Muluius, sacrumque
Lapsæ per Tyberim volent carinæ.
Hoc rus (seu potius domus, vocanda est)
Commendat dominus, tuam putabis

Tam

Tam non inuida, tamque liberalis,
Tam comi patet hospitalitate.
Credas Alcinoi pios Penates,
Aut facti modò diuites Molorchi.
Vos nunc omnia parua qui putatis,
Centeno gelidum ligone Tibur
Vel Præneste domare pendulamque
Vni dedite Sætiam colono;
Dum me iudice, præferantur istis
†Tulli iugera pauca Martialis. †*V. Iuli.*

De Philæni. L I I.

Oculo Philænis semper plorat.
Quo fiat istud quæritis modo? lusca est.

Ad Linum. L I I I.

Egisti vitam semper, Line, municipalem;
Qua nihil omninò dulcius esse potest.
Idibus & raris togula est † excussa Kalendis: †*tibi sumpta.*
Duxit & æstates synthesis vna decem.
Saltus aprum campus leporem tibi misit inemptum:
Sylua grauis turdos exagitata dedit.
Raptus flumineo venit de gurgite piscis.
Vina rubens fudit non peregrina cadus.
Nec tener Argolica missus de gente minister,
Sed stetit inculti rustica turba foci.
Nec nocuit tectis ignis, nec Sirius agris:
Nec mersa est pelago, nec fluit vlla ratis.
Supposita est blando nunquam sibi tessera talo
Alea sed parcæ sola fuêre nuces.
Dic vbi sit decies, mater quod auara reliquit?
Nusquam est, fecisti rem, Line, difficilem.

In Prætorem. LIV.

Prætorem pauper centum ſeſtertia Gaurus
Orabat † cara notus amicitia,
Dicebatq́; ſuis hæc tantum deeſſe trecentis,
Vt poſſet domino plaudere † iuſſus eques.
Prætor ait, ſcis me Scorpo, † Thalioq́; daturum:
Atque vtinam centum millia ſola darem.
Ah pudet ingratæ pudet ah malè diuitis arcæ.
Quod non das equiti, vis dare, Prætor, e- (quo?

† *V. cara.* † *iuſtius emendatius,* † *Thalloque Lipſius.*

Ad Sextum. LV.

Inuitas centum quadrantibus. & benè cœnas,
Vt cœnem inuitor, Sexte, an vt inuideam?

Ad Pamphilum. LVI.

Tu Setina bibis ſemper, vel Maſſica ponis
Pamphile: ſed rumor tam bona vina negat.
Diceris hac factus cælebs quater eſſe lagena.
Nec puto, nec credo, Pamphile, nec ſitio.

Ad Quinctum. LVII.

Exigis vt donem noſtros tibi, Quincte, libellos
Non habeo, ſed habet bibliopola Tryphon.
Æs dabo pro nugis, & emam tua carmina ſanus?
Non, inquis, faciam tam fatuè: nec ego.

De Veſtino. LVIII.

Cùm grauis extremas Veſtinus duceret horas,
Et iam per Stygias eſſet iturus aquas;
Vltima voluentes orabat penſa ſorores,
Vt traherent parua ſtamina pulla mora.
Iam ſibi defunctus, caris dum viuit amicis,
Mouerunt tetricas tam pia vota Deas.
Tum largas partitus opes, à luce receſſit:

Seque

Seque mori post hac credidit ille senem.

De Damis. LIX.

Aspicis, imbelles tentent quàm fortia damæ
  Prælia? tam timidis quanta sit ira feris?
In mortem paruis concurrere frontib⁹ audent.
  Vis, Cæsar, damis parcere? mitte canes;

De Nigrina. LX,

O felix animo, felix Nigrina marito.
  Atque inter Latias gloria prima nurus.
Te patrios miscere iuuat cum coniuge sensus,
  Gaudentem socio, participique virò.
Arserit Euadne flammis iniecta mariti,
  Nec minor Alcestim fama sub astra ferat.
Tu melius certè meruisti † pignore vitæ, † *pignora.*
  Vt tibi non esset morteprobandus amor.

In auarum amicum. LXI.

Millia misisti mihi sex; bis sena petenti,
  Vt bis sena feram, bis duodena petam.

In Zoilum inuidum. LXII.

Nunquam diuitias Deos rogaui,
Contentus modicis, meoque lætus,
Paupertas, veniam dabis, recede.
Caussa est tam subiti, nòuique voti?
Pendentem volo Zoilum, videre.

In Varum. LXIII.

Ad cœnam nuper Varus me forte vocauit;
  Ornatus diues, parvula cœna fuit.
Auro, non dapibus oneratur mensa ministri
  Apponunt oculis plurima pauca gulæ,
Tunc ego: non oculos, sed ventrẽ pascere veni.
  Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes.

In A-

In Afrum. LXIV.

Condita cùm tibi ſit iam ſexageſima meſſis,
Et facies multò ſplendeat alba pilo,
Diſcurris tota vag⁹ vrbe, nec vlla cathedra eſt
Cui non mane feras, irrequietus, AVE.
Et ſine te nulli fas eſt prodire tribuno,
Nec caret officio conſul vterque tuo,
Et ſacro decies repetis pallatia cliuo,
Sigerioſq; modos. Partenioſq; ſonas,
Hæc faciunt ſanè iuvenes deformius, Afer,
Omnino nihil eſt * ardelione ſene. ** Arte-lione.*

Ad Mathonem. LXV,

Hoſpes eras noſtri ſemper Matho Tiburtini,
Hoc emis? impoſui * rus tibi vendo tuum. **V. ius.*

In Mathonem. L XVI.

Declamas in febreMathon:hanc eſſe * phrene- ** Phre-netin Scotus legit.*
Si neſcis non es ſanus amice,Mathon. (ſim
Declamas æger declamas hemitritæus:
Si ſudare aliter non potes, eſt ratio,
Magna tamen res eſt errans cùm viſcera febris
Exurit, res eſt magna tacere Mathon.

Ad Rufum. LXVII,

Hos quoq; commēda,Venuleio,Rufe, libellos
Imputet & nobis otia parua, * roga. **V. ro-go.*
Immemor & paullum curarum, operumq́ue ſuorum
Non tetrica nugas exigit aure meas.
Sed nec poſt primum legat hæc, ſummumue trientem,
Sed ſua cum medius prælia Bacchus amat.
Si nimis eſt legiſſe duos, tibi charta plicetur
Altera

Altera: diuisum sic breue fiet opus.

In Næuolum. LXVIII,

Securo nihil est te, Næuole peius, eodem
Sollicito nihil est, Næuole, te melius.
Securus nullos resalutas, despicis omnes
Nec quisquã liber nec tibi*gratus homo est. *notus.*
Sollicitus donas, dominum: regemque salutas,
Inuitas. esto, Næuole, sollicitus,

In Ponticum. LXIX.

Nos bibim⁹ vitro,*tu myrrha, Pontice, quare? *V. murrha.*
Prodat perspicuus ne duo vina calix.

* *Ad librum suum.* LXX. *ad Fabullum*

Si vis auribus Atticis probari
Exhortor, moneoque te libelle,
Vt docto placeas Apollinari.
Nil exactius, eruditiusque est,
Sed nec candidius, benigniusque:
Si te pectore, si tenebit ore
Nec ronchos metues maligniorum
Nec scombris tunicas dabis molestas.
Si damnauerit: ad Salariorum
Curras scrinia protinus licebit,
Inuersa pueris arande charta.

De Bassa. LXXI.

Infantem secum semper tua Bassa Fabullæ,
Collocat, & lusus deliciasque vocat.
Et quod mireris magis infantaria non est.
Ergò quid in causa est? pedere Bassa solet.

In dissimulatorem. LXXII.

Nulla remisisti paruo pro munere dona,
Et iam Saturni quinque fuêre dies.

Ergo

Ergo nec argenti ſex * ſcrupula * Septitiane
Miſſa, nec à querulo mappa cliente fuit.
Antipolitani nec quæ de ſanguine thynni
Teſta rubet: nec quæ coctana parua gerit.
Nec rugoſarum vimen breue Picenarum?
Dicere te poſſes, vt meminiſſe mei.
Decipies alios verbis vultuque benigno:
Nam mihi iam notus diſſimulator eris,

* *ſcriptula.*
* *Septitiani, malæ notæ argentum.*

De ruſticatione. LXXIII.

Rure morans quid agam, reſpondeo pauca rogatus.
Luce Deos oro, famulos poſt arua reuiſo,
Partibus atque meis, iuſtos indico labores.
Inde lego Phœbumque cio, Muſamq; laceſſo,
Hinc oleo corpuſq; fuco, molliq; palæſtra.
* Pondero, poto, cano, ludo, lauo, cœno, quieſco,
Dum parvus lychnus modicum conſumat oliui
Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camœnis.

* *prandeo V.*

Ad Librum. LXXIV.

Ohe iam ſatis eſt. ohe libelle
Iam peruenimus vſque ad vmbilicos
Tu procedere ad huc, & ire quæris:
Nec ſumma potes in ſcheda teneri.
Sic tanquam tibi res peracta non ſit,
Quæ prima quoque pagina * peracta eſt,
Iam lector queriturque, deficitque:
Iam librarius hoc & ipſe dicit.
Ohe iam ſatis eſt, Ohe libelle.

* *notatur V.*

* * * * * * *

M. Val.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER V.

HOc tibi, Palladiæ, ſeu collib. vteris Albæ,
 Cæſar, & hinc Triuiam proſpicis inde Thetin: *diſcent V.
Seu tua veridicæ * diſcunt reſponſa ſorores,
 Plana ſuburbani qua cubat vnda freti:
Seu placet Æneæ nutrix, ſeu filia ſolis,
 Siue ſalutiferis candidus Anxur aquis,
Mittimus, ô rerum felix tutela ſaluſque,
 Soſpite quo gratum * credimus eſſe Iouem, * quærimus V.
Tu tantum * accipies: ego te legiſſe putabo, * aſpicias.
 Et tumidus Gallâ * credulitate fruar. * falſa.

Ad Lectores. II.

Matronæ, puerique virgineſque,
Vobis pagina noſtra dedicatur.
Tu, quem nequitiæ procaciores
Delectant nimium, ſaleſq; nudi,
Laſciuos lege quatuor libellos.
Quintus cum domino liber * iocetur, * vocatur.
Quem Germanicus ore non rubenti,
Coràm Cecropia legat puella.

Ad Domitianum. III.

Accola iam noſtræ * degis, Germanice, ripæ. * Degis.
 A famulis Iſtri qui tibi venit aquis,
Lætus & attonitus, viſo modò præſide mundi,
 * Affatus comites dicitur eſſe ſuos. *Sic fatus.
Sors mea quam fratris melior: cui tam prope fas eſt:

Cer-

Cernere, tam longè quem colit ille Deum.

*In * Myrtalem. IV.*

* *Ad Paullum.*

Fœtere multo Myrtale ſolet vino,
Sed fallat vt nos folia deuorat lauri,
Merumque cauta fronde non aqua miſcet.
Hanc tu rubentem prominentibus venis
Quoties venire Paulle videris contrà,
Dicas licebit Myrtale bibit laurum.

Ad Sextum, V.

Sexte Palatinæ cultor facunda mineruæ,
Ingenio frueris qui propiore Dei,
Nam tibi naſcentes domini cognoſcere curas,
Et ſecreta ducis pectora noſſe licet.
Sit locus & noſtris aliqua tibi parte libellis,
Qua Pedo, qua Marſus, quaq;Catullus erit.
Et Capitolini cœleſtia carmina belli
Grande cothurnati pone Maronis opus,

At Muſas VI.

Si non eſt graue, nec nimis moleſtum,
Muſæ, Parthenium rogate veſtrum.
Sic te ſerior, & beata quondam
Saluo Cæſare finiat ſenectus?
Et ſis inuidia fauente felix,
Sic Burrus cito * ſentiat parentem,
Admittas timidam breuemq; chartam
Intra limina ſanctioris * aulæ:
Noſti tempora tu Iouis ſereni,
Cùm fulget placidus, ſuoque vultu.
Quo nil ſupplicibus ſolet negare,
Non eſt quod metuas preces iniquas,
Nunquam grandia, nec moleſta poſcit,
Quæ cedro decorata purpuraque

**neſciat V. neſcio an bene.*
* *V. aui.*

Nigris papina creuit vmbilicis.
Nec porrexeris iſta: ſed teneto,
Sic tanquam nihil offeras agaſque
Si noui dominum nouem ſororum,
Vltro purpureum petet libellum.

Ad Vulcanum. VII.

Qualiter Aſſyrios renouant incendia nidos,
Vna decem quoties ſæcula vixit auis:
Taliter exuta eſt veterem noua Roma ſenectā
Et ſumpſit vultus præſidis ipſa ſui,
Iam precor oblitus noſtræ, Vulcane, querelæ ** Æneæ*
Parce ſumus Martis turba, ſed & * Veneris. *ſ. matris*

** De Phaſide. VIII.* ** De edicto Cæſaris.*

Edictum domini Deique noſtri,
Quo ſubſellia certiora fiunt,
Et puros eques ordines recepit,
Dum laudat modò, Phaſis in theatro
Phaſis purpureis ruber lacernis:
Et iactat tumido ſuperbus ore,
Tandem commodius licet ſedere,
Nunc eſt reddita dignitas equeſtris,
Turba non premimur, nec inquinamur,
Hæc, & talia dum refert ſupinus,
Illas purpureas & arrogantes
Iuſſit ſurgere Lectius lacernas.

In Symnachum medicum. IX.

Languebam: ſed tu comitatus protinus ad me
Veniſti centum Symnache, diſcipulis,
Centum me tetigere manus Aquilone gelatæ.
Non habui febrem, Symnache: nunc habeo.

Ad Regulum de fama Poëtarum. X.

Eſſe

Esse quid hoc dicam, viuis quod fama negatur
Et sua quod rarus tempora lector amat?
Hi sunt inuidiæ nimirum, Regule, mores.
Præferat antiquos semper vt illa nouis.
Sic veterem ingrati Pompeij quærimus vmbrã,
Et laudant Catuli * Iulia templa senes.
Ennius est lectus saluo tibi Roma Marone:
Et sua riserunt sæcula Mæonidem.
Rara coronato plausêre theatra Menandro:
Norat Nasonem sola Corynna suum.
Vos tamen ô nostri, ne festinate libelli;
Si post fata venit gloria, non, propero.

** Vilia Lipsius & Scortius.*

De * *Stella.* XI.

Sardonychas smaragdos, adamantes, iaspidas, (vno
Portat in articulo Stella, Seuere meus.
Multas in digitis, plures in carmine gemmas
Inuenies: inde est hæc puto, culta manus.

** ad Seuerum.*

De * *eodem.* XII.

Quod nutantia fronte pertinaci
Gestat pondera Masclion superbus,
Aut grandis* Linus * omnibus lacertis,
Septem quod pueros leuat, vel octo:
Res non difficilis mihi videtur,
Vno cum digito, vel hoc, vel illo
Portet Stella meus decem puellas.

** Masclioue.*

** V. nimis.*

** Emineus Schortus.*

In Calistratum. XIII.

Sum, fateor, semperq; fui, Callistrate pauper,
Sed non obscurus, nec malè notus eques
Sed toto legor orbe frequens: & dicitur, *hic est*
Quodq; cinis paucis, hoc mihi vita dedit.
At tua centenis incumbunt tecta columnis,

Et

Et libertinas arca flagellat opes:
Magnaq; Niliacæ seruit tibi gleba Syenes,
Tondet & innumeros Gallica Parma greges,
Hoc ego, tuq; sumus: sed quod sum, non potes esse
Tu quod es, è populo quilibet esse potest.

De Manneio. XIV.

Sedere primo solitus in gradu semper,
Tunc cùm liceret occupare Manneius.
Bis excitatus, terque transtulit castra,
Et inter ipsas pene tertius sellas
Post Caiumque Luciumque consedit.
Illinc cucullo prospicit, caput, tectus,
Oculoque ludo spectat indecens vno.
Et hinc miser deiectus in viam transit,
Subsellioque semifultus extremo,
Et malè receptus altero genu, iactat
Equiti, sedere se: Lectioque se stare,

Ad Cæsarem Domitianum. XV.

Quinctus nostrorum liber est Auguste iocorum,
Et queritur læsus carmine nemo meo.
Gaudet honorato, sed multus *nomine lector, ** carmine.*
Cui victura, meo munere fama datur.
Quid tamen hæc prosunt quamuis venerantia multos?
Non prosunt sanè: me tamen ista iuvant.

Ad Lectorem. XVI.

Seria cùm possim, * quod delectantia malim ** quid delectantia.*
Scribere, tu caussa es lector amicè mihi
Qui legis, & tota cantas me carmina Roma,

Sed nescis, quanti stet mihi talis amor,
Nam si falciferi defendere templa tonantis,
Sollicitisque velim vendere verba reis:
†*Hispanos.* Plurimus †Hispanas mittet mihi nautametretas
Et † fiet vario sordidus ære sinus.
† *fieret.* At nunc conuiua est, commessatorq; libellus,
Et tantum gratis pagina nostra placet.
Sed non hac veteres contenti laude fuerunt,
Cùm minimum vati munus Alexis erat.
Belle, inquis dixti: satis est laudabimur vsque
Dissimulas? facies me puto causidicum.

In Gelliam. XVII.

Dum proauos, atauosq; refers, & nomina magnæ,
Dum tibi noster eques sordida conditio est:
Dum te posse negas nisi lato Gellia clauo
† *Celtibero V. Cistigero.* Nubere: nupsisti Gellia † cistifero,

Ad Quinctianum. XVIII.

Quod tibi Decembri mensæ quo volat mappa,
Gracilesq; ligulæ, cereique chartæque
Et acuta senibus testa cum Damascenis,
Præter libellos vernulos nihil misi,
Fortasse auarus videar, aut inhumanus,
Odi dolosas munerum, & malas artes,
Imitantur hamos dona: namq; quis nescit,
Auidum vorata decipiscarum musca?
Quoties amico diuiti nihil donat,
O Quinctiane, liberalis est pauper.

Ad Cæsarem Domitianum. XIX.

Si qua fides veri, præferri maxime Cæsar
Temporibus possunt sæcula nulla tuis.
Quando magis dignos licuit spectare triumphos?

Quan-

Quando Palatini plus meruêre Dei?
Pulchrior & maior quo ſub duce Martia Roma?
Sub quo libertas principe tanta fuit?
Eſt tamen hoc vitiũ, ſed non leue, ſit licet vnũ,
Quod colit ingratas pauper amicitias.
Quis largitur opes veteri, fidoq; ſodali,
Aut quem proſequitur non alienus † eques. † *equo.*

Ad eundem. XX.

Saturnalitiæ ligulam miſiſſe ſelibræ,
† Flaminatæve togæ ſcripula tota decem † *Flam. mariſ-ue.*
Luxuria eſt, tumidiq; vocant hæc munera reges
Qui crepat aureolos forſitan vnus erit.
Quatenus hi non ſunt eſto tu, Cæſar amicus,
Nulla ducis virtus dulcior eſſe poteſt.
Iam dudum tacito rides Germanice, naſo:
Vtile, quod non vis, do tibi conſilium;

Ad Martialem XXI.

Si tecum mihi care Martialis,
Securis licet frui diebus,
Si diſponere tempus otioſum,
Et veræ pariter vacare vitæ:
Nec nos atria, nec domus potentum
Nec lites tetricas, forumque triſte
Noſſemus, nec imagines ſuperbas;
Sed geſtatio, fabulæ libelli,
Campus, porticus, umbra † virgo therma, † *aquã virginem intellige.*
Hæc eſſent loca ſemper, hi labores,
Nunc viuit ſibi neuter heu, bonoſq;
Soles effugere, atque abire ſentit,
Qui nobis pereunt, & imputantur.
Quiſquam viuere cùm ſciat, moriatur?

De Apollonio. XXII.

Quinctum pro Decimo. pro Crasso, Regule, * Marcum
Ante salutabat rhetor Apollonius.
** Macrum M.S.multò argutius quàm Marcus, vt non solum in nominibus, sed etiam in re errauerit, Marcum propinqui salutando.*
Nunc vtrumq; suo resalutat nomine; quantum
Cura laborq; potest: scripsit & edidicit.

In Paullum. XXIII.

** alij, nisi te,*

Mane domi * si te merui, voluique videre,
Sint mihi, Paulle, tuæ longius Exquiliæ:
Sed Tiburtinæ sum proximus accola pilæ,
Qua videt antiquum rustica Flora Iouem.

**Omnino, Suburbani,*

Alta * suburbani vincenda est semita cliui,
Et nunquam sicco sordida saxa gradu.
hic lego, per suburam enim ad montem Exquilinum ascendebatur Iuven. Exquilias à feruenti migrare subura.
Vixq; datur longas malorum vincere mādras,
Quæq; trahi multo marmora fune vides.
Illud adhuc grauius, quòd te post mille labores
Paulle negat lasso ianitor esse domi.

** hic V.*

Exitus * hinc operis vani, togulæq; madentis,
Vix tanti Paullum mane videre fuit.
•Semper inhumanos; habet officiosus amicos:
Rex nisi dormieris; non potes esse meus.

Ad Bassum. XXIV.

Herbarum fueras indutus, Basse, colotes,
Iura theatralis dum siluêrè loci.
Quæ postquam placidi censoris cura renasci
Iussit

Iuſſit, & Oceanum certior audit eques:
Non niſi vel cocco madida, vel murice tincta
Veſte nites, & tu ſic dare verba putas.
Quadringentorum nullæ ſunt Baſſe lacernæ : *Cord°.
Aut mens ante omnes *Codrus haberet equũ.

De Hermete. XXV,

Hermes Martia ſæculi voluptas, **V. nec,*
Hermes omnibus eruditus armis, *Lipſius*
Hermes & gladiator, & magiſter, *ſe &*
Hermes turba ſui tremorque ludi. *vincere*
Hermes, quem timet Ælius, ſed vnum, *nec feri-*
Hermes cui cadit aduolans, ſed vni. *rire eſt*
Hermes vincere, * ſed ferire doctus, *eluden-*
Hermes ſuppoſititius ſibi ipſi. *do ictus*
Hermes diuitiæ * locariorum, *vincere.*
Hermes cura laborque ludiarum, ** iocari-*
* Hermes belligra ſuperbus haſta, *orum.*
* Hermes æquoreo minax tridente. ** Sam-*
* Hermes caſſide languida timendus, *nitem,*
Hermes gloria Martis vniuerſi, **Retia-*
Hermes omnia ſolus, & ter vnus. *rium.*

De Chæreſtrato. XXVI. (ſurge, ** anda-*
Quadringenta tibi non ſunt, Chæreſtrate, *batam*
Lectius ecce: venit; ſta fuge, curre, latè. *intellgit.*
Ecquis iô, reuocat diſcedentemq; reducit? *Lipſius,*
Ecquis, iô largas pandit amicus opes?
Quem chartis famæque damus populiſq; loquendum?
Qui ſtygios non vult totus adire lacus?
Hoc rogo, non melius, quàm rubro pulpita nimbo

* Æreus legit Bulenger. l. de Circo.

Spargere, & effuſo permaduiſſe croco?
Quam non ſēſuro dare quadringenta caballo
*Aureus vt Scorpi naſus vbique micet!
O fruſtra locuples ô diſſimulator amice:
Hæc legis, & laudas: quæ tibi fama perit.

Ad Codrum. XXVII.

* ditiſſimum pauperũ.

Quod alpha dixi Codre * pœtulatorum
Te nuper, aliqua cum iocarer in charta:
Si fortè bilem mouit hic tibi verſus,
Dicas licebit beta me * togatorum.

** pauperrimum diuitum. Sic lib. 12. ad Labullum dixit optimus malorum, vltimus bonorum.*

In fictum equitem. XXVIII.

Ingenium, ſtudiumq́; tibi moreſq́;, genuſq́;
Sunt equitis fateor: cætera plebis habes,
Bis ſeptena non ſunt ſubſellia tanti,
Vt ſedeas viſo pallidus Oceano.

* *In Mamercum XXIX.*

* Ad Aulum.

† curios.

Vt bene loquatur ſentiatque Mamercus,
Efficere nullis Aule moribus poſſis:
Pietate fratres * Curios, licet vincas,
Quiete Neruas comitate Ruſones,
Probitate Marcos, æquitate Mauricos,
Oratione Regalos, iocis Paullos.
Rubiginoſis cuncta dentibus rodit.
Hominem malignum forſan eſſe tu credas,
Ego eſſe miſerum credo cui placet nemo.

Ad Gelliam. XXX.

Si quando leporem mittis mihi, Gellia dicis,
Formoſos ſeptem, Marce, diebus eris
Si non derides, ſi verum lux mea narras,

Ediſti

Édisti nunquam, Gellia tu leporem.

Ad Varronem. XXXI,

Varro Sophocleo non inficiande cothurno
 Nec minus in Calabra suspiciende lyra,
Differ opus nec te facundi scena * Catulli
 Detineat, cultis aut elegia comis.
Sed lege fumoso non aspernanda Decembri
 Carmina, mittuntur quæ tibi mense suo.
Commodius nisi fortè tibi, potiusque videtur
 Saturnalitias perdere, Varro nuces.

De ludo puerorum cum iuvencis. XXXII.

Aspice, quàm placidis insultet turba iuvencis,
 Et sua quàm facilis pondera taurus amet.
Cornibus hic pendet summis: vagus ille per ar- (mos
 Currit, & in toto ventilat arma boue.
At feritas immota riget. non esset arena
 Tutior, & * possent fallere plana magis.
Nec trepidant * gressus: sed de discrimine palmę
 Securus puer est, sollicitumque pecus.

*De * Crispo.* XXXIII,

Quadrantem Crispus tabulis, Faustine, supremis
 Non dedit vxori cui dedit ergo? sibi.

In Causidicum. XXXIV.

Carpere Causidicus fertur mea carmina qui sit
 Nescio, si sciero, ve tibi Causidice.

* *De Erotio.* XX XV.

Hanc tibi Frõto pater; genitrix Flaccilla puellã,
 Oscula commendo, deliciasque meas:
* Pallida ne nigras horrescat, Erotion, vmbras
 Oraque Tartarei prodigiosa canis.
Impletura fuit sextæ modo frigora brumæ,

*Comicum, nõ epigrãmatarium Catullum dicit. Iuven. sat. 2. phasma Canilli.

* poterant.

* V. gestus.

* Ad Faustinum.

* Mendosè quidam legunt de Erotionte.

*V, parvula ne.

*hoc priori, sensus enim & res docet esse vnum epi*coiunximus sequens grãmã.

Vixiſſet totidem ni minus illa dies.
Inter tam veteres ludat laſciua patronos,
Et nomen blæſo garriat ore meum.
Mollia * nec rigidus ceſpes tegat oſſa nec illi
Terra grauis fueris: non fuit illa tibi.

** De Euclide.* XXXVI.

Cùm ſibi redire * de patruelibus fundis
Ducenta clamat coccinatus Euclides,
Corinthioque plura de ſuburbano:
Longumq; pulcra ſtemma repetis à Leda.
Et ſuſcitanti Lectio reluctatur,
Equiti ſuperbo, nobili locupleti,
Cecidit repentè magna de ſinu * clauis.

Ad Fauſtinum. XXXVII.

Laudatus noſtro quidam, Fauſtine, libello
Diſſimulat, quaſi nil debeat; impoſuit.

De Erotio puella. XXXVIII.

Puella ſenibus dulcior mihi cygnis,
Agna Galeſi mollior Phalentini,
Concha Lucrini delicatior ſtagni.
Cui nec lapillos præferas Erythreos,
Nec modo politum pecudis Indicæ dentem,
Niueſque primas, liliumque non tactum:
Quæ crine * vincit Bætici gregis vellus,
Rhenique nodos aureamque nitellam.
Fragrauit ore quod Roſarium Pæſti,
Quod Atticarum prima mella cerarum,
Quod ſuccinorum rapta de manu gleba:
Cui comparatus indecens erat * pauo,
Inamabilis ſciurus, & frequens Phænix:
Adhuc recenti tepet Erotion buſto.

** V. non*

** Ad Fabullum.*

** aliter redire è*

** hoſtiarium fuiſſe & ſeruum inſinuat hoſtiarij enim inſigne clauis Lipſius.*

** V. vicit flauum, aureum l. 12.17. Bætia.*

** pauus*

Quam

Quam pessimorum lex * auara fatorum ** amara.*
Sexta peregit hyeme, nec tamen tota.
Nostros amores, gaudiumque lususque.
Et esse tristem me meus vetat Pætus:
Pectusq; * pulsans, pariter & comam vellens, ** pulsat V.*
Deflere non te vernulæ pudet mortem?
Ego coniugem, inquit extuli, & tamen viuo,
Notam, superbam nobilem, locupletem:
Quid esse nostro fortius potest Pæto?
* Ducenties accepit, & tamen viuit.

** ducenties centena millia H. S. intellige, id est, 200000. Philippæorum,*

In Calliodorum. XXXIX.

Calliodorus habet censum, quis nescit? equestrem,
Sexte: sed & fratrem Calliodorus habet.
Quadringenta secat qui dicit σῦκα μέριζε
Vno credis equo posse sedere duos?
Quid cum fratre tibi, quid cum Polluce moleste?
Non esset Pollux si tibi, * Castor eras, ** eques iustus.*
Vnus, cum sitis duo, Calliodore sedetis.
Surge solæcismum Callidiore facis.
Aut imitare genus Ledæ * aut cum fratre sedere ** To. aut redundat.*
Non potes: alternis Callidiore sede.

In Carinum. XL.

Supremas tibi tricies in anno
Signanti tabulas, Carinæ, misi
Hyblæis madidas thymis placentas,
Defeci: miserere iam, Carine.
Signa rarius. aut semel fac illud,

Mentitur tua quod ſubinde tuſſis.
Excuſſi loculoſque ſacculumque
Creſo diuitior licet fuiſſem,
Iro pauperior forem, Carine,
Si concham toties meam comeſſes

Ad Artemidorum. XLI.

Pinxiſti veterem: colis, Artemidore, mineruam
Et miraris opus diſplicuiſſe tuum?

In Didymum. XLII.

Theatra loqueris & gradus, & edicta,
Trabeaſq; & idus, fibulaſq; cenſuſq;,
Et pumicata pauperes manu monſtras,
Sedere in equitum liceat an tibi ſcamnis,
Videbo, Didyme: non licet maritorum.

Amicis eſſe donandum. XLIII.

Callidus effracta nummos fur auferet arca:
Proſternet patrios impia flamma lares.
Debitor vſuram pariter, ſortemque negabit:
Non reddet ſterilis ſomnia iacta ſeges,
Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amica.
Mercibus exſtructas obruet vnda rates.
Extra fortunam eſt, quidquid donatur amicis:
Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes.

De Thaide & Lecania. XLIV.

Thais habet nigros, niueos Lecania dentes.
Quæ ratio eſt? emptos hæc habet, illa ſuos.

In Dentonem. XLV.

Quid factum eſt rogo, quid repentè factum?
Ad cœnam mihi, Dento, quòd vocanti,
Quis credat quater auſus es negare.
Sed nec reſpicis, & fugis ſequentem:
Quem thermis modò quærere, & theatris,

Et conclauibus omnibus ſolebas,
Sic eſt: captus es vnctiore † cœna — † V. menſa.
Et mater rapuit canem culina
Iam te: ſed citò cognitum, & relictum,
Cùm faſtidierit popina diues,
Antiqua venies ad oſſa cœnæ,

In Baſſam. XLVI.

Dicis formoſam dicis te, Baſſa, puellam,
Iſtud quod non eſt, dicere Baſſa, † ſolet: — † Soles.

De Philone. XLVII.

† Nunquam ſe cœnâſſe domi, Philo, iurat & hoc eſt; — †V. Nuſquam.
Non cœnat, quoties nemo vocauit eum:

Ad Labienum. XLVIII.

Vidiſſem modò fortè cùm ſedentem
Solum te, Labiene: tres putaui.
Caluæ me numerus tuæ fefellit.
Sunt illic tibi, ſunt & hinc capilli,
Quales nec puerum decere poſſint.
Nudum eſt in medio caput, nec vllus
In longâ pilus areâ notatur.
Hic error tibi profuit Decembri,
Tunc cùm prandia miſit imperator:
Cum panariolis tribus rediſti.
Talem Geryonem fuiſſe credo.
Vites, cenſeo, porticum Philippi,
Si te viderit Hercules, perîſti.

In Charopinum. XLIX.

Cœno domi quoties, niſi te, Charopine vocaui
Protinus ingentes ſunt inimicitiæ;
Meq; † petis ſtricto medium transfigere ferro, — † V. paras.

Si noſtrum ſine te ſcis caluiſſe focum.
Nec ſemel ergo mihi furtum feciſſe licebit?
Improbius nihil eſt hac, Charopine, gula.
Deſine iam noſtram, precor, obſeruare culinā;
Atq; aliquando meus det tibi verba†coqu⁹.

† *focus.*

† *Ad Rufum. L.*

† *De Cauſidico.*

Hic qui libellis prægrauem gerit læuam,
Notariorum quem premit chorus læuis,
Qui codicillis hinc & inde prolatis,
Epiſtoliſque commodat grauem vultum,
Similis Catoni, Tullioque, Brutoque.
Exprimere, Rufe, fidiculæ licet cogant,
Aue Latinum χαῖρε non poteſt Græcum.
Si fingere † me iſtud putas, ſalutemus.

†*V. iſtud me. ſic verſus conſtat,*

In Poſtumum. LI.

Quę mihi præſtiteris memini, ſemperq; tenebo
Cur igitur taceo, Poſtume, tu loqueris:
Incipio quoties alicui tua dona referre.
Protinus exclamat dixerat ipſe mihi.
Non bellè quædam faciunt duo; ſufficit vnus
Huic operi: ſi vis vt loquar, ipſe tace,
Crede mihi, quamuis ingentia, Poſtume dones
Auctoris pereunt garrulitate ſui.

Ad Baſſum. LII.

† Colchida quid ſcribis quid ſcribis amice Thyeſten?
Quid tibi vel†Niobe, Baſſe, vel† Andromache

† *Vide Lucilij epigramma Græcum lib. 2.* εἰσποιηθαὶς *Nioben.* † *Andromachon. M.S. Modij. Vt vel aqua, vel igne pereant.*

Mate-

Materia eſt, mihi crede, tuis aptiſſima chartis
Deucalion: vel ſi non placet hic, Phaethon.

De Rhetore, LIII.

Extemporalis factus eſt meus rhetor.
Calpurnium non ſcripſit, & ſalutauit.

Ad Lupum, LIV.

Cui tradas, Lupe, filium magiſtro,
Quæris ſollicitus, * diuque tentas — ** V. diu leuaſq;.*
Omnes grammaticoſque' rhetoraſque,
Deuites moneo, nihil ſit illi
Cum libris Ciceronis, aut Maronis.
Famæ * Rutilium ſuæ relinquat. — ** Lucilium.*
Si verſus facit, abdices poëtam.
Artes diſcere vult pecunioſas?
Fac * diſcat citharœdus, aut coraules.

** hiſcat, legit quiſpiam & rectè arguteque, nam hodie citharœdi, qui vel hiſcere poſſunt, id eſt parum canere, fiunt pecunioſi.*

Si duri puer ingeni videtur,
Præconem facias, vel architectum.

Ad Cinnam, LV.

Cum voco te dominum, * nolo tibi, Cinna placere: — ** V. noli.*
Sæpe etiam dominum ſic reſaluto meum.

Ad Poſthumum. LVI.

Cras te victurum, cras dicis, Poſthume, ſemper,
Dic mihi cras iſtud, Poſthume, quando venit
Quam longe cras iſtud vbi eſt, aut vnde petendum?
Numquid apud Parthos, Armenioſq; latet?
Iam cras iſtud habet Priami, vel Neſtoris annos

Cras

Cras istud quanti, dic mihi, possit emi?
Cras viues: hodie iam viuere, Postume serum est,
Ille sapit, quisquis, Postume vixit heri.

Ad Stellam. LVII.

†V. mittimus. Quòd non argentum, quòd non tibi † misimus aurum.
Hoc facimus caussâ, Stella diserte, tuâ.
Quisquis magna dedit, voluit sibi magna remitti:
Fictilibus nostris exoneratus eris,

Ad detractorem. LVIII.

Allatres licet vsque nos & vsque,
Et gannitibus improbis lacessas:
Certum est hanc tibi per negare famam,
Olim quàm petis in meis libellis,
Qualiscunque legaris vt per orbem.
Nam te cur aliquis sciat fuisse?
Ignotus pereas miser necesse est.
Non deerunt tamen hac in vrbe forsan,
Vnus, vel duo, tresnê quatuorué
Pellem rodere qui velit caninam.
Nos hac à scabie tenemus vngues.

Ad hospites. LIX.

Iure tuo nostris maneas licet hospes in hortis:
Si potes in nudo ponere membra solo:
†vendita est. Aut si portatur tecum tibi magna supellex:
Nam mea iam digitum † sustulit hospitibus.
hospitibus, vel negauit se hospitibus. Nulla tegit fractos, nec inanis culcitra lectos:
Putris, & abrupta fascia reste iacet.
Sic tamen hospitium nobis commune duobus:
Emi hortos, plus est, instrue tu, minus est.

Ad Ponticum. LX,

Quid

Quid ſentis inquis, de noſtris, Marce, libellis?
Sic me ſollicitus, Pontice ſæpe rogas.
Admiror, ſtupeo: nil eſt perfectius illis,
Ipſe tuo cedit Regulus ingenio.
Hoc ſentis? inquis, faciat tibi ſic bene Cæſar,
Sic capitolinus Iupiter: immo tibi.

Ad ſuos miniſtros. LXI.

Sextantes Calliſte duos infunde Falerni:
Tu ſuper æſtiuas Alcine † funde niues. *† ſolue niues.*
Pingueſcat nimio madid⁹ mihi crinis amomo,
Laſſenturque roſis tempora ſubtilibus.
Iam vicina iubent nos viuere Mauſolæa:
Cùm doceant ipſos poſſe perire Deos.

Ad Cæſarem. LXII.

Aſtra, polumq; dedit, quamuis obſtante nouerca,
Alcide Nemeæ terror, & Arcas aper:
Et caſtigatum † Lybiæ ceroma paleſtræ: *† Lybica*
Et grauis in Siculo puluere fuſus Eryx:
Syluarumq; tremor, tacitâ qui fraude ſolebat
Ducere nec rectas Cacus in antra boues.
Iſta tuæ, Cæſar, quota pars ſpectatur arenæ?
Dat maiora nouus prælia mane dies.
Quot grauiora cadunt Neleæo pondera monſtro?
Quot tua Mænalios collocat haſta ſuos?
Reddatur ſi, pugna triplex paſtoris Iberi,
Eſt tibi, qui poſſit vincere Geryonem,
Sæpe licet Gratæ numeretur bellua Lernæ,
Improba Niliacis quid facit Hydra feris?
Promeritis cœlum tantis, Auguſte, dederunt
Alciadæ citò Di; ſed tibi † ſero dabunt. *† Credo nondum dediſſe.*

In

In Pontilianum. LXIII.

Sæpe ſalutatus, nunquam prior ipſe ſalutas:
Sic erit æternum, Pontiliane, vale.

De hirundine. LXIV.

Hybernos peterent ſolito cum more receſſus
Atthides, in nidis vna remanſit auis.
Deprendêre nefas ad tempora verna reuerſæ,
Et profugam volucres diripuêre ſuæ.
Serò dedit pœnas, diſcerpi noxia mater
Debuerat: ſed tunc, cùm lacerauit Itym.

Ad Lesbiam. LXV.

Arctoa de gente comam tibi, Leſbia. miſi
Vt ſciret, quantò ſit tua flaua magis.

In M. Antonium. LXVI.

Antoni Phario nil obiecture, Photino,
Et leuis tabula, quàm Cicerone nocens:
Quid gladium demens Romana ſtringis in ora?
Hoc admiſiſſet nec Catilina nefas.
Impius infando miles corrumpitur auro,
Et tantis opibus vox tacet vna tibi.
Quid proſunt ſacræ pretioſa ſilentia linguæ?
Incipient omnes pro Cicerone loqui.

De Syriſco, LXVII.

Infuſum ſibi nuper à patrono
Plenum, Maxime, centies Syriſcus
In * ſellariolis vagus popinis
Circa balnea, quatuor peregit.
O quanta eſt gula, centies comêſſe
Quantò maior ad huc, nec accubare?

* *cellatiolis Schortius.*

Ad Fauſtinum. LXVIII.

Humida qua gelidas ſubmittit Trebula valles,

Et

Et viridis cancri menſibus alget ager,
Rura cleonæo nunquam temerata leone,
Et domus Æolio ſemper amica Noto,
Te Fauſtine, vocant, longas hic exige meſſes
Collibus, hybernum iam tibi Tibur erit.

De origine Bacchi. LXIX

Qui potuit Bacchi matrem dixiſſe tonantem,
Ille poteſt Semelen dicere, Ruſe, patrem.

Ad Theodorum. LXX.

Non donem tibi cur meos libellos
Oranti toties, & exigenti,
Miraris Theodore? magna cauſa eſt:
Dones tu mihi ne tuos libellos.

De Pompeio & filijs. LXXI.

† Pōpeios iuuenes Aſia atq; Europa, ſed ipſum
Terra tegit Libyces: ſi tamen vlla tegit.
Quid mirum toto, ſi ſpargitur orbe? iacere
Vno non poterat tanta ruina loco.

† Pompeius Peluſij in Africa. Cn. Pōp. F. mundæ Europæ. Sextus Mileti Aſia.

Ad Quinctum. LXXII.

Quæ legis causâ nupſit tibi Lælia, Quincte,
Vxorem potes hanc dicere legitimam?

Ad Cinnam. LXXIII.

Profecit poto Mithridates ſæpe veneno,
Toxica ne poſſent ſæua nocere ſibi;
Tu quoq; cauiſti cœnando tam male ſemper,
Ne poſſes vnquam, Cinna perire fame.

Ad Marullum. LXXIV.

Narratur bellè quidam dixiſſe Marulle
Qui te ferre oleum dixit in auriculam.

Ad Turanium. LXXV.

Si triſti domicenio laboras

Tu

* *sessiles propin-quæMe-rulæ.*
* *vnctis*

Turani potest esurire mecum.
Non deerunt tibi * si solis προπίνειν
Viles Capadocæ, guauesqué porri,
Diuisis cybium latebit ouis.
Ponetur digitis tenendus * unctis
Nigra coliculis virens patella,
Algentem modò qui reliquit hortum
Et pultem niueam premens botellus,
Etpallens faba cum rubente lardo
Mensæ munera si voles secundæ,
Marcentes tibi porrigentur vuæ,
Et nomen pyra quæ ferunt Syrorum,
Et quas docta Neapolis creauit,
Lento castanea vapore tostæ,
Vinum tu facies bonum bibendo.
Post hæc omnia, fortè si mouebit
Bacchus, quam solet, esuritionem.
Succurrent tibi nobiles oliuæ,
Piceni modò quas tulêre rami,
Et feruens cicer, & tepens lupinus,
Parua est cęnula, quis potest negare?
Sed finges nihil audiesué fictum.
Et vultu placidus tuo recumbes,
Nec crassum dominus leget volumen:
Sed, quod non graue sit nec* infacetum,
Parui tibia condyli sonabit,
Hæc est cænula, * Claudiam sequeris,
* Quam nobis cupis esse * turpiorem.

In Zoilum. LXXVI.

Vndecies vna surrexit Zoile, cœna-
Et mutata tibi est synthesis vndecies:

Sudor

* *infice-tum. Ar-molaus legit,*
* *Clau-dium.*
* *Quem V. tupri-orem. melius.*

Sudor inhæreret madida ne veste retentus,
Et laxam tenuis læderet aura cutem.
Quare ego non sudo qui tecum Zoile, cœno?
Frigus enim magnum synthesis vna facit.

Ad Seuerum. LXXVII.

Non totam mihi si vacabis horam,
Dones & licet imputes, Seuere,
Dum nostras legis, exigisqué nugas,
Durum est perdere ferias: rogamus,
Iacturam patiaris hanc, ferasqué
Quod si legeris ipsa cum diserto,
Sed numquid sumus improbi? Secundo,
Plus multo tibi debiturus hic est,
Quam debet domino suo libellus.
Nam securus erit, nec inquieta
Lassi marmora Sisyphi videbit,
Quem censoria cum meo Seuero
Docti lima momorderit * Secundi.

* *Secundum libertum Lucensis, an Plinium intelligit? illum puto.*

Ad Æmilianum. LXXVIII.

Semper eris pauper, si pauper es, Æmiliane.
Dantur opes nullis nunc, nisi diuitibus

In Gaurum. LXXIX.

Quid promittebas mihi millia, Gaure ducenta
Si dare non poteras millia, Gaure, decem?
* An potes, & non vis? rogo non est turpius istud
* I, tibi dispereas, Gaure: pusillus homo es.

* *An potes & non vis rogo? non est turpius istud: Si tibi dispereas Gaure &c. Lip. l. 1. c, 5.* * *V, si tibi dispereas,*

Ad

Ad Dindymum. LXXX.

Insequeris, fugio; fugis, insequor hæc mihi mens est:
Velle tuum nolo, Dindyme, nolle volo.

Ad Gallam. LXXXI.

Iam tristis, nucibus puer relictis
Clamoso reuocatur à magistro.
Et blando malè proditur fritillo,
Arcana modò raptus è popina,
Ædilem rogat vdus aleator.
Saturnalia transière tota,
Nec munuscula parua, nec minora
Misisti mihi, Galla, † quæ solebas. († *V. quã*)
Sanè sic abeat meus December.
Scis certè puto † vestra iam venire († *nostra*)
Saturnalia, Martias Kalendas,
Tunc reddam tibi, Galla, quod dedisti.

* * * * * * * * * * *

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.

LIBER VI.

SExtus mittitur hic tibi libellus,
Imprimis mihi care Martialis?
Quem si terseris aure diligenti,
Audebit minus anxius. tremensque
Magnas Cæsaris in manus venire. († *ad Cæsarem.*)

† De filio Domitiani. II.

Nascere Dardanio promissum † nomen Iule, († *numen futurũ*)
Vera Deûm soboles, nascere magne puer.

Cui

Cui pater æternas poſt ſæcula tradat habenas:
Quique rogas orbem cum ſeniore ſenex.
Ipſa tibi niueo trahet aurea pollice fila.
Et totam Phryxi Iulia nubit ouem.

† *Adulatorium* III.

Cenſor maxime principumque princeps,
Cùm tot iam tibi debeat triumphos,
Tot naſcentia templa, tot renata,
Tot ſpectacula, tot deos tot vrbes:
Plus debet tibi Roma, quòd pudica eſt.

Ad Cæcilianum. IV.

Ruſtica mercatus nummis ſum prædia multis:
Mutua des centum, Cæciliane, rogo.
Nil mihi reſpondet, tacitum te dicere credo,
Non reddes: ideo, Cæciliane. rogo.

De Theleſina. V.

Iulia lex populis ex quo, Fauſtine † renata eſt,
Atque intrare domos iuſſa pudicitia eſt,
Aut minus, aut certè non plus triceſima lux eſt,
Et † nubit decimo iam Theleſina viro.
Quæ nubit toties, non nubit: adultera lege eſt.
Offendor mæcha ſimpliciore minus.

Ad Seuerum. VI.

Prætores duo quatuor tribuni,
Septem cauſidici, decem poëtæ,
Cuiuſdam modò nuptias petebant
A quodam ſene, non moratus ille
Præconi dedit Eulogo puellam.
Dignum quid fatuo, Seuere, fecit?

Ad Læuinum. VII.

In Pompeiano dormis, Læuine, theatro.

Et

imperatorem vaticinatur, Quid ſi alludat Virgil. I. Æne, Iulius à magno, &c.

† V. Ad Cæſarẽ hoc lemma poëtæ credo quid verò eſt in ordine, grãmatici.

† relata V.

† V. nubet.

Et quereris ſi te ſuſcitat Oceanus?

Petit latenter à Domitiano pecuniam VIII.

Pauca Iouem nuper cùm millia fortè rogarem:
Ille dabit, dixit, qui mihi templa dedit.
Templa quidem dedit ille Ioui, ſed millia nobis
Nulla dedit: † pudeat pauca rogaſſe Iouem.
At quàm non tetricus, quàm nulla, nubilus irâ
Quam placido noſtras legerat ore preces,
Talis ſupplicibus tribuit diademata Dacis:
Et Capitolinas itque reditque vias.
Dic precor ô noſtri, dic conſcia virgo tonantis:
Si negat hoc vultu, quo ſolet ergo dare?
Sic ego, ſi breuiter poſitâ mihi Gorgone Pallas.
Quæ nondum data ſunt, ſtulte negata putas?

† *V. pudet heu.*

In Marcum. IX.

Quòd non ſit Pylades hoc tempore, non ſit Oreſtes,
Miraris? Pylades, Marce, bibebat idem.
Nec melior panis, turduſue dabatur Oreſti:
Sed par, atque eadem cœna duobus erat.
Tu Lucrina voras: me paſcit aquoſa Peloris:
Non minus ingenua eſt & mihi, Marce, gula
Te Cadmæa Tyros, me pinguis Gallia veſtit:
Vis te purpureum, Marce ſagatus amem?
Vt præſtem Pyladen, aliquis, mihi præſtet Oreſtem.
Hoc non fit verbis: Marce, vt ameris, ama,

De Fabulla. X.

Iurat capillos eſſe, quos emit, ſuos
Fabulla, nunquid, Paulle, peierat?

† *De ſtatua Iuliæ.* XI.

† *Ad Iuliam.*

Quis

Quis te Phidiaco formatam, Iulia cœlo,
Vel quis Palladiæ non † putet artis opus? † *V, putat.*
Candida non † tacitâ reſpondet imagine Lygdos, † *V. tacita.*
Et placido fulget vivus in ore † decor. † *V. liquor, id eſt, teneritudo.*

In Lamberium. *XII.*

Verſus ſcribere poſſe te deſertos
Affirmas, Laberi; quid ergo non vis?
Verſus ſcribere qui poteſt diſertos,
Non ſcrribat, Laberi; virum putabo.

De formica ſuccino incluſa. *XIII.*

Dum Phaëtontæa formica vagatur in umbra,
Implicuit tenuem ſuccina gutta feram.
Sic modò quæ fuerat vita cõtempta manente,
Funeribus facta eſt nunc pretioſa ſuis.

In Cinnamum. *XIV.*

Cinnam, Cinname, te iubes vocari.
Non eſt hic, rogo, Cinna, barbariſmus:
Tu, ſi Furius † antè dictus eſſes, † *V. arte.*
Fur iſta ratione dicereris.

Ad Priſcum de Salonino. *XV.*

Sancta Salonini terris requieſcit Iberis,
Qua melior Stygias non videt vmbra domos.
Sed lugere nefas, nam qui te, Priſce, reliquit;
Viuit, quâ voluit viuere parte magis.

In Poſtumum. *XVI.*

Non de vi, neque de cæde, nec veneno,
Sed lis eſt mihi de tribus capellis,
Vicini quæror has abeſſe furto:
Hoc iudex ſibi poſtulat probari.
Tu Cannas. Mithridaticumque bellum,
Et periuria Punici furoris,

Et Sullas, Mariosque, Muciosque
Magna voce sonas, MANVQVE TOTA.
Iam dic, Postume, de tribus capellis.

In Phœbum, XVII.

Mutua te centum sestertia, Phœbe, rogaui:
Cùm mihi dixisses, exigis ergo nihil?
Inquiris, dubitas, cunctaris, meq; diebus,
Teq; decem crucias: iam rogo, Phœbe, neg

De Carisiano- XVIII.

Nil lasciuius est, Carisiano:
Saturnalibus ambulat togatas.

Ad Marcellinum. XIX.

Malcelline boni soboles sincera parentis,
Horrida Parrhasio quem tegit vrsa iugo:
Ille vetus pro te patriusq; quod optet amicus,
Accipe, & hæc memori pectore vota tene:
*V. nec. Cauta sit, vt virtus, * ne te temerarius ardor
In medios enses, sæuaque tela ferat.
* patris. V. Bella velint, Martemq; ferum rationis egentes:
*dulcis. V. Tu potes & patriæ * miles & * esse decus.

Ad Nepotem. XX.

Bis vicine, Nepos (nam tu quoq; proxima Floræ
Incolis, & veteres tu quoque Ficelias)
Est tibi, quæ patrij signatur imagine vultus,
Testis maternæ nata pudicitiæ.
Tu tamen annoso nimium ne parce, Falerno,
Et potius plenos ære relinque cados.
Sit pia, sit locuples, sed potet filia mustum,
Amphora cum domina nunc noua fiat anus.
Cæcuba non solos vindemia nutriat orbos;
Possunt & patres viuere, crede mihi.

Epita-

Epitaphium Glauciæ ad viatorem. XXI.

Stat, lib. 2. siluarum.

Libertus Melioris ille notus.
Tota qui cecidit dolente Roma,
Cari deliciæ breues patroni,
Hoc ſub marmore Glaucias humatus
Iuncto Flamineæ iacet ſepulchro:
Caſtus moribus integer pudore,
Velox ingenio, decore felix,
Bis ſenis modo * meſſibus peractis
Vix vnum puer applicabat annum.
Qui fles talia, nil fleas viator.

** vitioſiſſimè legitur meſibus. quod ingenium in hinnulo.*

De eodem. XXII.

Non de plebe domus, nec auaræ verna cataſtæ,
Sed domini ſancto dignus amore puer:
Munera cùm poſſet nondum ſentire patroni,
Glaucia libertus iam melioris erat,
Moribus hoc formæque datum: quis blandior illo?
Aut quis Apollineo pulcrior ore fuit?
Immodicis breuis eſt ætas, & rara ſenectus:
Quidquid amas, cupias, non placuiſſe nimis.

Ad Pætum. XXIII.

Sex ſeſtertia ſi ſtatim dediſſes,
Cùm dixit mihi: ſume, tolle, dono:
Deberem tibi, Pæte pro ducentis,
At nunc cùm dederis diu moratus,
Poſt ſeptem puto, vel nouem Kalendas,
Vis dicam tibi veriora veris,
Sex ſeſtertia, Pæte perdidiſti.

De morte Othonis. XXIV.

Cùm dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo
Forſitan & poſſet vincere mollis, Otho,

* *saturũ iam.* Damnauit multo * saturatum sanguine Mar-
Et fodit certa pectora nuda manu. (tem,
Sic Cato dum viuit sanè vel Cæsare maior:
Dum moritur, nunquid maior Othone fuit?

Ad Cæcilianum. XXV.

Septem clepsidras magna tibi voce petenti,
Arbiter inuitus, Cæciliane dedit.
At tu multa diu dicis: vitreisque tepentem
Ampullis potas semi supinus aquam.
Vt tandem saties vocemq; sitimq; rogamus,
Iam de clepsidra, Cæciliane bibas.

De filio Reguli. XXVI.

*V, *laudet hanc & ego laudo scripturam.* Adspicis vt parvus. nec adhuc trieteride plena
Regulus auditum * laudat & ipse patrem?
Maternosque sinus viso genitore relinquat,
Et patrias laudes sentiat esse suas?
Iam clamor centumq; viri, densumq; corona,
Vulgus, & infanti Iulia tecta placent.
Acris equi soboles magno sic puluere gaudet,
Sic vitulus molli prælia fronte cupit.
Di seruate, precor, matri sua vota, patrique
Audiat vt natum, Regulus, illa duos.

In raucum Poetam colla tegentem. XXVII.

Qui recitat lana fauces, & colla reuinctus,
Hic se posse loqui, posse tacere nega.

De Etrusci thermis. XXVIII.

*V. *lana.* Etrusci nisi thermulis * laueris,
Illotus morieris Oppiane.
Nullæ sic tibi blandientur vndæ,
Nec fontes Aponi rudes puellis,
Non mollis Sinuessa, feruidique

Fluctus

Fluctus Pa{ſ}eris, aut ſuperbus Anxur,
Non Phœbi vada, principiſquè Baiæ.
Nuſquam tam nitidum mittat ſerenum:
Lux ipſa eſt ibi longior, dieſque
Nullo tardius à loco recedit.
Siccos pinguis onyx anhelat æſtus.
Illic Taygeti virent metalla,
Et certant vario decore ſaxa,
Quæ Phryx, & Lybis altius cecidit,
Et flamma tenui calent Ophitæ.
* Ritus ſi placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore
Cruda virgine, Martiaque mergi,
Quæ tam candida, tam ſerena lucet,
Vt nullas ibi ſuſpiceris vndas,
Et credas vacuam nitere Lygdon.
Non attendis, & aure me ſupina,
Iam dudum quaſi negligenter audis.
Illotus morieris, Oppiane.

** Adi Celſum. lib. 2. Vitruv. lib. 5. de qua re plura in Comentarÿs.*

Ad Caſtricum. XXIX.

Dum tibi felices indulgent, Caſtrice, Baiæ,
Canaque ſulfureis nympha natatur aquis:
Me momentani confirmant otia ruris,
Et caſa iugeribus non oneroſa ſuis.
Hic mihi Baiani ſoles, molliſque Lucrinus,
Hic noſtræ mihi ſunt, Caſtrice, diuitiæ.
Quondã laudatas *quocunq; libebat ad vndas
Currere, nec longas pertimuiſſe vias.
Nunc vrbi vicina iuvant, facileſq; receſſus,
Et ſatis eſt, pigro ſi licet eſſe mihi.

**V. quæcunque.*

In Caſsiodorum, XXX.

Festiuè credis te, Calliodore, iocari,
Et solum multò permaduisse sale.
Omnibus arrides dicteria dicis in omnes.
Sic te conuiuam posse placere putas.
At si ego *non bellè, sed verè dixero quiddam;
Nemo propinabit, Calliodore * tibi.

*V. nũc vellem tibi verè dicere.
*Os n. impurũ habes.

In Catianum. XXXI.

Vapulat assiduo Veneti quadriga flagello,
Nec currit: magnam rem, Catiane, facit.

Ad Hiantida Nympham. XXXII.

Nympha * mei Stellæ, quæ fonte domestica puro
Laberis, & domini gemmea tecta subis:
Siue Numæ coniux Triuiæ te misit * ab antro,
Siue Camænarum de grege nona venis.
Exsoluit votis hæc se tibi virgine porca
Marcus furtiuam quòd bibit æger aquam.
Tu contenta meo iam crimine, gaudia fontis
Da secura tui: sit mihi sana sitis.

*V. meo,
*ab Aurna. Tur. V. ad Annam

In Pomponium. XXXIII.

Quòd tam grande sophos clamat tibi turba togata:
Non tu, Pomponi, cæna diserta tua est.

Ad Lupercum. XXXIV.

Quòd conuiuaris sine me tam sæpè Luperce,
Iuveni, noceam qua ratione tibi
Irascar, licet vsque voces, mittasq; rogesque
Quid facies, inquis; quid faciam? veniam.

Epitaphium Pantagathi. XXXV.

Hc iacet in tumulo raptus puerilibus annis
Pantagathus, domini cura dolorq; sui,

Vix tangente vagos ferro reſecare capillos
Doctus, & hirſutas excoluiſſe genas.
Sis licet * inde * ſibi tellus placata leuiſque.
Artificis leuior non potes eſſe manu.

* ſito aliter.
* V. imo poſito.

De Andragora. XXXVI.

Lotus nobiſcum eſt hilaris, cœnauit & idem:
Inuentus mane eſt mortuus Andragoras.
Tam ſubitæ mortis cauſam, Fauſtine requiris?
In ſomnis medicum viderat Hermocratem.

In Coracinum, XXXVII.

Quòd ſemper caſiaque, cinnamoque,
Et nido niger alitis ſuperbe
Fragras * plumbea * Nicerotiana,
Rides nos Coracine, nil olentes:
Malo, quàm bene olere, nil olere.

* Niceroniana mendoſè
* pinguia.

In Phœbum. XXXVIII.

Mentiris fictos vnguento, Phœbe capillos,
Et tegitur pictis ſordida calua comis.
Tonſorem capiti non eſt adhibere * neceſſum.
Radere te melius ſpongiâ Phœbe poteſt.

* V. neceſſe.

Ad Aulum Pudentem. XXXIX.

Cernere Parrhaſios dũ te iuuat, Aule, Triones,
Cominus & * Scythici ſidera ferre poli;
O quàm penè tibi Stygias ego raptus ad vndas.
Elyſiæ vidi nubila fuſca plagæ.
Quamvis laſſa tuos quærebant lumina vultus,
Atque erat in gelido plurimus ore Pudens,
Si mihi lanificæ ducunt non pulla ſorores
Stamina, nec ſurdos vox habet iſta deos:
Soſpite me ſoſpes Latias reueheris ad vrbes,
Et referes pili præmia clarus eques.

* V. Getici.

In Baccaram. XL.

Et dolet, & queritur, ſibi non cõtingere frigus
Propter ſexcentas Baccara, gauſapinas:
Optat & obſcuras luces ventoſq; niueſque;
Odit & hibernos ſi tepuere, dies.
Quid fecêre mali noſtræ tibi, ſæua, lacernæ?
Tollere de ſcapulis quas leuis aura poteſt?
Quanto ſimplicius, quanto eſt humanius illud;
Menſe vel Auguſto ſumere gauſapinas.

* *De Pompilio.* XLI.

** V. ad Fauſtinum.*

Rem factam Pompillus habet Fauſtine, legetur
Et nomen toto ſparget in orbe ſuum,
Sic leue flauorum valeat genus Vſipiorum,
Quiſquis & Auſonium non amat imperium.
Ingenioſa tamen Pompilli ſcripta feruntur.
Sed famæ non eſt hoc, mihi crede ſatis.
Quam multi tineas paſcunt, blataſq; diſerti,
Et redimunt ſoli carmina docta coci.
Neſcio quid plus, quod eſt donat ſæcula char-
Victurus genium debet habere liber. (tis,

In Inuidum. XLII.

Laudat, amat, cantat, noſtros mea Roma li-
bellos,
Meq; ſinus omnis. me manus omnis habet.
Ecce rubet quidam, pallet, ſtupet, oſcitat odit.
Hoc volo: nunc nobis carmina noſtra placẽt.

Ad Apianum. XLIII.

Amiſit pater vnicum Silanus,
Ceſſas mittere munera, Apiane?
Heu crudele nefas, malæquè Parcæ,
Cuius vulturis hoc erit cadauer?

Ad

Ad Marianum. XLIV.

Scis te captari, ſcis hunc, qui captat, auarum:
Et ſcis, qui captat, quid Mariane velit?
Tu tamen hunc tabulis hæredem ſtultè ſupremis
Scribis, & eſſe tuo vis furioſe loco?
Munera magna quidem miſit, ſed miſit in hamos
Et piſcatorem piſcis amare poteſt? ** V. tua*
Hiccine deflebit vero * mea fata dolore? *verius.*
Si cupis, vt ploret, des, Mariane, nihil. *Marianum enim alloquitur*

In detrectatorem. XLV.

Cùm ſis nec rigidâ Fabiorum gente creatus,
Nec qualem Curio, dum prandia portat aranti,
Hirſuta peperit rubicunda ſub ilice coniux.
Sed patris ad ſpeculum tonſi, matriſq; togatæ **V. ſpõ-*
Filius, & * ſponſam poſſit te ſponſa vocare. *ſum.*
Emendare meos quos nouit fama libellos,
Et tibi permittis felices carpere nugas:
Has inquam nugas, quibus aurem aduertere totam
Non aſpernantur proceres vrbiſq;, foriq;:
Quas & perpetui dignantur ſcrinia Sili,
Et repetit toties facundo Regulus ore,
Quique videt propius magni certamina Circi,
Laudat Auentinæ vicinus Sura Dianæ.
Ipſe etiam tanto dominus ſub pondere rerum
Non dedignatur bis terquè reuoluere Cæſar,
Sed tibi plus mentis, tibi cor limante Minerua. ** V. finxerunt.*
Acrius, & tenues * fixerunt pectus Athenæ.
Ne valeam, ſi non multò ſapit altius * iſtud: ** V. illud..*
* Quid cum panticibus laxis, & cum pede grandi, ** Quod.*

Et rubro pulmone vetus, nasisque timendum,
Omnia crudelis lanius per compita portat.
Audes præterea, quos nullus nouerit, in me
Scribere versiculos, miseras & perdere chartas.
At si quid nostræ tibi bilis inusserit arbor,
Viuet, & hærebit, totoque legetur in orbe.
Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte:
Sed miserere tui, rabido nec perditus ore
Fumantem nasum viui tentaueris vrsi,
Sit placidus licet, & lambat digitosq; manusq;
Si dolor & bilis, si iusta coëgerit ira,
† *fatiga*, Vrsus erit: vacua dentes in pelle † fatiges,
Et tacitus quæras, quam possis rodere carnem.

Ad Tuccam. XLVI.

Hexametris epigrāma facis, scio dicere Tuc- (cam:
Tucca solet fieri; deniq; Tucca licet,
Sed tamen hoc longum est solet hoc quoque
Tucca licere:
Si breuiora probas, disticha sola legas;
Conueniat nobis, vt fas, epigrammata longa
Si transire tibi: scribere, Tucca, mihi.

De Bassa. XLVII.

Non miror, quod potat aquam tua Bassa, Ca- (tulle
Miror, quod Bassi filia potat aquam.

Ad Martianum. XLVIII.

Sexagesima, Martiane, messis
Acta est, & puto iam secunda Cottæ
† Nec se tædia lectula calentis
† *semper valuit.* Expertum meminit die vel vno.
At nostri bene computentur anni,
Et quantum tetricæ tulêre febres,

Aut

Aut languor grauis, aut mali dolores,
A vita meliore ſeparentur;
Infantes ſumus, & ſenes videmur.
Ætatem Priamique Neſtoriſque
Longam qui putat eſſe, Martiane,
Multum decipiturque falliturque.
Non eſt viuere ſed valere, vita.

De Cilice fure, XLIX

Fur nota nimium rapacitatis
Compilare Cilix volebat hortum;
Ingenti ſed erat, Fabulle, in horto
Præter Marmoreum nihil Priapum.
Dum non vult vacua manu redire;
Ipſum ſurripuit Cilix Priapum.

Ad Eſculanum. L.

Medio recumbit imus ille qui lecto
Caluam †Triphilem ſegmentatus vnguẽto,
Foditque tonſis ora laxa lentiſcit:
Mentitur Eſculane: non habet dentes.

† *V. triſilem à tribusfilis, alij putant triplic legendũ*

In Pontiam, LI.

Cum mittis turdumque mihi, quadramué placenta,
Siue femur leporis, ſiue quid his ſimile.
Buccellas miſiſſe tuas te, Pontia, dicis;
Has ego nec mittam, Pontia, ſed nec edam.

Epitaphium Fuſci. LII.

Ille ſacri lateris cuſtos, Martiſque togati,
Credita cui ſummi caſtra fuêre ducis:
Hic ſitus eſt Fuſcus, licet hoc fortuna fateri,
Non timet hoſtiles iam lapis iſte minas,
Grande iugum domitâ Dacus ceruice recepit,

Et ſamulum victrix poſſidet vmbra nemus.

In Afrum, LIII.

Cùm ſis tam pauper, quam nec miſerabilis Ir*,
Tam juvenis, quam nec Parthenopæus erat:
Tam fortis, quam nec, cum vinceret, Artemidorus?
Quid te Cappadocum ſex onus eſſe iuuat?
Rideris, multòque magis traduceris Afer,
Quàm nudus medio ſi ſpatiare foro.
Non aliter monſtratur Atlas cum cõpare *mulo
Quæq; vehit ſimilem bellua nigra Libyn.
Inuidioſa tibi quàm ſit lectica requiris?
Non debes ferri mortuus hexaphoro.

*gibbo Politianus (mulo) docet ſcribendum.

Ad Aulum de luſco. LIV.

Potor nobilis, Aule, lumine vno
Luſcus Phryx erat, alteroque lippus:
Huic dicit medicus, bibas caueto
Vinum: ſi biberis, nihil videbis.
Ridens Phryx, oculo, valebis, inquit.
Miſceri ſibi protinus deunces,
Sed erebros iubet: exitum requiris?
Vinum Phryx, oculus bibit venenum.

Ad Lupum. LV.

Triſtis es, & felix, ſciat hoc fortuna, caueto:
Ingratum dicit te, Lupe, ſi ſcierit.

De roſis ad Cæſarem miſſis. LVI.

Vt noua dono tibi, Cæſar, Nilotica tellus
Miſerat hybernas ambitioſa roſas:
Nauita deriſit Pharios Memphiticus hortos,
Vrbis vt intrauit limina prima tuæ.
Tantus veris honos, & odoræ gratia Floræ,

Tanta-

Tantaque Pæſtani gloria ruris erat.
Sic quacunque vagus greſſumq; oculoſq; ferebat
Textilibus ſertis omne rubebat iter.
At tu Romanæ iuſſus iam credere brumæ,
Mitte tuas meſſes, accipe, Nile, roſas.

Ad Rufum. LVII.

Quidam me modò Rufe, diligenter
Inſpectum, velut emptor, aut laniſta,
Cum vultu, digitoque ſubnotaſſet,
Tune es, tune, ait, ille Martialis,
Cuius nequitias, iocoſque nouit,
Aurem qui modò non habet * ſeueram?
Subriſi modico, leuique nutu
Me, quem dixerat non negaui.
Cur ergo, inquit, habes malas lacernas?
Reſpondi: quia ſum malus poëta,
Hoc ne ſæpius accidat poëtæ
Mittas, Rufe, mihi bonas lacernas.

* *Batauam. En Batauos priſcos.*

Ad Cæſarem Domitianum. LVIII.

Quantum ſollicito fortuna parentis Etruſco,
Tantum ſumme ducum, debet vterque tibi.
Nam tu miſſa tua reuocaſti fulmina dextra:
Hos cuperem mores ignibus eſſe Iouis,
Si tua ſit ſummo Cæſar natura tonanti,
Vtetur toto fulmine rara manus.
Muneris hoc vtrumq; tui teſtatur Etruſcus
Eſſe quod & comiti contigit, & reduci.

De Philippo. LIX.

Octaphoro ſanus portator, Auite Philippus;
Hunc tu ſi ſanum, credis, Auite, furis.

Flet mortem Rufi. LX.

† V. lu- Editus est sextus sine te mihi Rufe, Camœnis:
mine. Nec te lectorem sperat, amice, liber.
† V. pa- Impia Cappadotum tellus, & † numine læue
tris, sed Visa tibi cineres reddit, & ossa † patri.
malo. pa Fundo tuo lacrymas, orbata Bononia, Rufe,
tri, lege- Et resonet tota planctus in Æmilia.
re. Heu qualis pietas! heu quã breuis occidit ætas,
Viderat Alphei præmia quinque modò
Pectore tu memori nostros euoluere lusus,
† totos. Tu solitus † nostros, Rufe, tenere iocos.
† V. li- Accipe cum fletu mœsti breue carmen amici,
bet. Atque hæc absentis thura fuisse puta.

In bibentes aquam. L X I.

Setinum, dominæq; niues, densique trientes
Quando ego vos medico non prohibente bibam?
Stultus & ingratus, nec tanto munere dignus,
Qui mavult hæres diuitis esse Midæ.
Possideat Libycas messes Hermumq; Tagumq;
Et potet calidam qui mihi † laudat aquam.

Ad Cæsarem, L X I I.

Di tibi dent, & tu Cæsar, quæcunque mereris;
Di mihi dent, & tu, quæ volo, si merui,

Ad Cæcilianum. L X I I I.

Mâne salutaui vero te nomine casu:
†V. con- Nec dixi dominum, Cæciliane, meum.
stat tibi. Quanti libertas † constet mihi tanta requiris?
†V. sæ- Centum quadrantes abstulit illa mihi.

uam, me *De Panareto potore.* L X I V.

lius, se- Cum peteret † seram media iam nocte matellã
ram. Arguto madidus pollice Panaretus;

Spo-

Spoletina data eſt, ſed quam ſiccauerat ipſe:
  Nec fuerat ſoli tanta lagena ſatis,
Ille fide ſumma teſtæ ſua vina remenſus.
  Reddidit œnophori pondera plena ſui.
Miraris, quantum biberat, cepiſſe lagenam?
  Deſine mirari, Rufe: merum biberat.

In Amianum. LXV

Cælatus, tibi cùm ſit amiane,
Serpens in patera Myronis arte:
Vaticana bibis: bibis venenum.

De Calpetiano. LXVI.

Ponuntur ſemper Chryſendeta, Calpetiano:
  Siue foris, ſeu cum cœnat in vrbe domi.
Sic etiam in ſtabulo ſemper, ſic cœnat in agro.
  Non habet ergo aliud? non habet immo ſuũ.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.

LIBER VII.

Accipe belligerę crudum thoraca Mineruę,
  Ipſa Meduſeæ quem timet ira deæ.
Dum vacat hæc, Cæſar poterat lorica vocari:
  Pectore cum ſacro ſederit, Ægis erit.

Ad loricam Domitiani. II.

Inuia Sarmaticis domini lorica ſagittis,
  Et Martis Getico tergore fida magis:
Quam vel ad Ætulæ ſecuram cuſpidis ictus,
  Texuit innumeri lubricus vnguis apri. *Separò hoc à priore.*
Felix ſorte tua es: ſacrum cui tangere pectus

Fas erit, & nostri mente calere Dei.
I comes, & magnos illæsa merere triumphos.
Palmatæq; ducem, sed citò redde togæ.

Ad Pontilianum. III.

Cur non mitto meos tibi, Pontiliane, libellos,
Ne mihi tu mittas, Pontiliane, tuos.

De Oppiano. IV.

Esset .Castrice cum mali coloris,
Versus scribere cœpit Oppianus.

Ad Cæsarem Domitianum. V.

Si desiderium, Cæsar, bopulique, patrumque
Respicis, & Latiæ gaudia vera togæ,
Redde Deum votis poscentibus: inuidet hosti
Roma suo, veniat laurea multa licet.
Terrarum dominum propius videt ille; tuoque
Terretur vultu barbarus, & fruitur.

De fama reditus Domitiani. VI.

Ecquid hyperboreis ad nos conuersus ab oris
Ausonias Cæsar iam parat ire vias?
Certus abest actor, sed vox hoc nunciat omnis:
Credo tibi, verum dicere, Fama, soles.
Publica victrices testantur gaudia chartæ:
Martia laurigera cuspide pila virent.
Rursus io magnᵒ clamat tibiRoma triumphos,
Inuictusq; tua, Cæsar, in vrbe sonas.
Sed iam lætitiæ quo sit fiducia maior,
Sarmaticæ laurus nuncius ipse veni.

Ad Cæsarem Domitianum. VII.

Hyberna quamuis Arctos, & rudis Peuce,
Et vngularum pulsibus calens ister,
Fractusque cornu iam ter improbo Rhenus.

Teneat

Teneat domantem regna perfidæ gentis,
Te ſumme mundi rector, t e parens orbis:
Abeſſe noſtris non tamen potes votis,
Illic & oculis, & animis ſumus Cæſar,
Adeoque mentes omnium tenes vnus,
Et ipſa magni turba neſciat Circi,
Vtrumne currat Paſſerinus, an Tigris.

De reditu Domitiani. VIII.

Nunc hilares ſi quando mihi, nunc ludite Muſę
Victor ab Othryſio redditur orbe Deus,
Certa facis populi tu primus vota, December:
Iam licet ingenti dicere voce, venit.
Felix ſorte tua, poteras non cedere Iano,
Gaudia ſi nobis, quæ * dabit ille, dares, **dabat, erat in contextu*
Feſta coronatus ludet conuicia miles,
Inter laurigeros cùm comes ibit equos.
Fas audire iocos, leuioraque carmina Cæſar,
Sit tibi: ſi luſus ipſe triumphus amat.

De Caſſelio. IX.

Cùm ſexaginta numeret, Caſſelius, annos:
Ingenioſus homo eſt: quando diſertus erit?

In Olum. X.

In lucem cœnat Sertorius, Ole, quid ad te?
Cùm liceat tota ſtertere nocte tibi.
Septingenta Tito debet Lupus, Ole quid ad te?
Aſſem ne dederis, credideriſue Lupo.
Illud diſſimulas, ad te quod pertinet, Ole:
Quodque magis curæ conuenit eſſe tuæ.
Pro togulâ debes, hoc ad te pertinet, Ole:
Quadrantem nemo iam tibi *credet; & hoc.
Vxor mœcha tibi eſt: hoc ad te pertinet, Ole.

Poſcit

Poſcit iam dotem filia grandis: & hoc.
Dicere quindecies poteram * quid pertinet ad te:
Sed quid agas, ad me pertinet, Ole, nihil.

Ad Pudentem. XI.

Cogis me calamo, manuque noſtra
Emendare meos, Pudens libellos.
O quàm me nimium probas; amaſque,
Quiuis archetypus habere nugas!

Ad Fauſtinum. XII.

Sic me fronte legat Dominus, Fauſtine, ſerena,
Excipiatque meos qua ſolet aure iocos.
Vt mea nec iuſtè quos odit pagina lædit,
Et mihi de nullo fama rubore placet.
Quid prodeſt, cupiant cum quidam noſtra videri,
Si qua Lycambeo carmine tela madent?
Vipereumq; vomant noſtro ſub nomine virus,
Qui Phœbi radios ferre, diemque negant?
Ludimus innocuis verbis: hoc iuro potentis
Pergenium famæ *Caſtalidumque gregem:
Perq; tuas aures magni mihi numinis inſtar,
Lector, inhumana liber ab inuidia,

*V. Caſtalimque,

De Lycoride. XIII.

Dum Tiburtinis albeſcere collibus audit
Antiqui dentis fuſca, Lycoris, ebur,
Venit in Herculeos colles: quid Tiburis alti
Aura valet? aruo tempore nigra redit.

*V. ſolum,

Ad Regulum. XIV.

Æra domi non ſunt ſupereſt hoc, Regule *tantum,
Vt tua vendamus munera: nunquid emis?

Ad

Ad bibliothecam Iulij Martialis. XV.

Ruris bibliot heca delicati,
Vicinam videt vnde lector vrbem,
Inter carmina sanctiora si quis
Lasciuæ fuerit locus Thaliæ.
Hos nido licet inferas vel imo,
Septem quos tibi misimus libellos
Auctoris calamo sui notatos.
Hæc illis pretium facit litura.
At tu munere dedicata paruo,
Quæ cantaberis orbe nota toto;
Pignus pectoris hoc mei tuere,
Iuli bibliotheca Martialis.

De fragmento Argus XVI.

Fragmentum, quod vile putas, & inutile lignũ,
Hæc fuit ignoti prima carina maris.
Quam nec Cyneæ quondam potuére ruinæ
Frangere, nec Scythici tristior * vnda freti. *V. ira
Sæcula vicerunt: sed quamuis cesserit annis,
Sanctior est salua parua tabella rate.

In Sanctram XVII.

Nil est miserius, nec gulosius Sanctra;
Rectam vocatus cùm recurrit ad cœnam,
Quam tot diebus, noctibusque captauit:
Ter poscit apri glandulas, quater lumbum,
Et vtramq; coxam leporis, & duos armos:
Nec erubescit peierare de turdo,
Et ostreorum rapere leuidos cirros.
* Dulci placenta sordidam linit mappam, *V. dulcit.
Illic & vuæ collocantur ollares.
Et punicorum pauca grana malorum,

Et

Et lippa ficus, debilisque boletus.
Sed mappa cùm iam mille rumpitur furtis,
Rosos tepenti sphondylos sinu condit,
* Inde, vorato capite turturem truncum,
Colligere longa turpe nec pudet dextra
Analecta, quicquid & canes reliquerant,
Nec * esculenta sufficit gulæ præda,
Misto lagenam replet ad pedes vino.
Hæc per ducentas cùm domum tulit scalas,
Seque obseratâ clausit anxius cella,
Gulosus ille, postero die vendit.

Et deuorato alij Indeuorato. / *V. nefetiletus*

De natali Lucani. XVIII.

Hæc est illa dies, quæ magni conscia partus,
Lecanum populis, & tibi Polla dedit.
Heu Nero crudelis; nullaq; inuisior vmbrâ:
Debuit hoc saltem non licuisse tibi.

De eodem. XIX.

Vatis Apollinei magno memorabilis ortu
Lux redit: Aonidum turba faueto sacris,
Hæc meruit, cùm te terris, Lucane, dedisset
Mixtus Castaliæ Bætis vt esset aquæ.

De eodem ad Phœbum. XX.

Phœbe veni;sed quantus eras, cum bella canẽ-
Ipse dares Latiæ plectra secunda lyræ, (ti,
Quid tanta pro luce precer? tu Polla maritum.
Sæpe colas & se sentiat * ipse coli.

V. ille.

** In maledicum. XXI.*

V. Ad detractorem.

Cum Iuuenale meo quæ me cõmittere tentas,
Quid non audebis perfida lingua loqui?
Te fingente nefas, Pyladen odisset Orestes:
Thesea Pirithoi destituisset amor.

Tu Siculos fratres, & maius nomen Atridas,
Et Ledæ poteras diſſociare genas.

In malum Poëtam. XXII.

Dulcia cùm tantum ſcribas epigrammata ſem-
Et Ceruſſata candidiora cute. (per,
Nullaq; mica ſalis, nec amari fellis in illis
Gutta ſit: ô demens, vis tamen illa legi?
Nec cibus ipſe iuvat morſu fraudatus aceti:
Neç grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt.
Infanti melamela dato, fatuaſque mariſcas:
Nam mihi, quæ nouit pungere, Chia ſapit.

Scazonta mittit ad Apollinarem XXIII.

Apollinarem conueni meum Scazon, *V. non
Et ſi vacabit, * ne moleſtus accedas,
Hoc qualecumque, cuius aliqua pars ipſe eſt,
Dabis: hoc facetum carmen imbuat aures.
Si te receptum fronte videris tota,
Noto rogabis vt fauore ſuſtentet.
Quando mearum ſcis amore nugarum
Flagret: nec ipſe plus amare te poſſum,
Contra malignos eſſe ſi cupis tutus,
Apollinarem conueni meum, Scazon.

* *Ad aprum miſſum.* XXIV. *V. ad aprum miſſum

Tuſca glandis aper populator, & ilice multa,
Iam piger, Ætolæ fama ſecunda feræ.

rectius, ſubiungit enim, Ad dominum redeas. alij cul.er placet Domi.ij lectio.*

Quem meus intrauit ſplendenti cuſpide Dexter
Præda iaces noſtris inuidioſa focis.
Pingueſcunt madidi læto nidore penates,
Flagret & exciſo feſta culina iugo,

Sed

Sed equus ingentem piperis conſumet aceruũ,
  Addet & arcano mixta falerna garo.
Ad dominum redeas: noſter te non capit ignis
  Conturbator aper, vilius eſurio.

Ad Fuſcum. XXV.

Sic Tiburtinæ creſcat tibi ſylua Dianæ,
  Et properet cæſum ſæpe redire nemus,
Nec Tarteſſiacis Pallas tua, Fuſce, trapetis
  Cedat, & immodici dent bona muſta lacus,
Sic fora mirentur, ſic te pallatia laudent.
  Excolat & geminas plurima palma fores:
V. Exigis & Exige, , ſed forte melius ad iudicium. Otia dum medius præſtat tibi parua December
  * Excipe, ſed certa, quos legis, aure iocos.
Scire * licet verum, res eſt hæc ardua: ſed tu
  Quod tibi vis dici, dicere, Fuſce, potes.

Ad Regulum, XXVI.

**V. libet*
** V. fortuas.*

  Raucæ cortis aues, & oua matrum,
  Et * flauas medio vapore Chias,
  Et fœtum querulæ rudem capellæ,
  Nec iam frigoribus pares oliuas,
  Et canum gelidis olus pruinis,
  De noſtro tibi rure miſſa credis.
  O quàm Regule, diligenter erras!
  Nil noſtri, niſi me, ferunt agelli.
  Quicquid villicus Vmber, aut colonus,
  Aut Tuſci tibi, Tuſculiue mittunt,
** V, tibi* Aut rus marmore tertio notatum;
  Id tota * mihi naſcitur Subura.

Ad Atticum XXVII.

Attice, facundæ renouas qui nomina gentis,
  Nec ſinis ingentem conticuiſſe domum:

Te

Te pia Cecropiæ comitatur turba mineruæ,
Te ſecreta quies, te ſophus omnis amat.
At iuuenes alios fracta colis aure magiſter,
Et rapit immeritas ſordidus vnctor opes:
Non pila, non follis, non te paganica thermis
Præparat, aut nudi ſtipitis ictus habes: * Rara.
* Vana nec iniecto ceromate brachia tendis:
Non harpaſta vagus puluerulenta rapis:
Sed curris niueas tantum prope virginis vndas,
Aut vbi Sidonio taurus amore calet.
Per varias artes, omnis quibus area ſeruit,
Ludere cum liceat, currere pigritia eſt.

In Cinnam. XXVIII.

Sordidior cœno cùm ſit toga, calceus autem
Candidior prima ſit tibi, Cinna, niue:
Deiecto quid inepte pedes perfundis amictu?
Collige, Cinna, togam, calceus ecce perit.

Ad Seuerum. XXIX.

Quo poſſit fieri modo, Seuere,
Vt vir peſſimus omnium Charinus
Vnam rem benè fecerit, requiris?
Dicam; ſed citò, quid Nerone peius?
Quid thermis melius Neronianis.

Ad Stellam. XXX.

Cùm pluvias madidumque Iouem perferre negaret
Et rudis hybernis villa nataret aquis.
Plurima quæ poſſet ſubitos effundere nimbos,
Muneribus venit tegula miſſa tuis.
Horridus ecce ſonat Boreæ ſtridore December
Stella tegis villam, non tegis agricolam.

Ad

Ad Castricum de theta. XXXI.

** mori-ferum.* Nosti*mortiferum quæstoris Castrice, signum,
Est operæ pretium discere theta novum.
Exprimeret quoties rorantem frigore nasum,
Lethalem iuguli iusserat esse notam.
Turpis ab inuiso pendebat stiria naso.
**V. fleret alij staret.* Cum * fleret madida fauce December atrox
Collegæ tenuére manus, quid plura requiris?
Emungi misero, Castrice, non licuit.

De *Polyphemo.* XXXII.

Tantus es & talis nostri, Polypheme, Seueri,
Vt te mirari possit & ipse Cyclops.
** V. minor* Sed nec Scylla * minus quòd si fera monstra duorum.
Iunxeris, alterius fiet vterque timor.

De Cælio. XXXIII.

Discursus varios vagumque mane,
Et fastus, & Aue potentiorum,
Cùm perferre, patique iam negaret,
Cœpit fingere Cælius podagram.
Quam dum vult nimis approbare veram,
Et sanas linit obligatque plantas,
Inceditque gradu laborioso,
(Quantum cura potest, & ars doloris?)
Desit fingere Cælius podagram.

Epitaphium patris Etrusci. XXXIV.

Hic iacet ille senex, Augusta notus in aula,
Pectore non humili passus vtrumq; Deum:
Natorũ pietas sanctum quem coniugis vmbris
**V. ambo.* Miscuit: Elysium possidet * vmbra nemus.
Occidit illa prior viridi fraudata iuuenta,

Hic

Hic prope ter * ſenas vidit Olympiadas, * V. denas.
Sed feſtinatis raptum te credidit annis,
Aſpexit lacrymas quiſquis Etruſce tuas.

Ad Sempronium Tuccam. XXXV.

Coſmicus eſſe tibi, Semproni Tucca, videris:
Coſmica, Semproni, tam mala quam bona (ſunt.

Ad Caſtricum. XXXVI.

Muneribus cupiat, ſi quis contendere tecum,
Audeat hic etiam, Caſtrice, carminibus.
Non tenues in vtroq; ſumus, vincique parati.
Inde ſopor nobis, & placet alta quies.
Tam mala cur igitur dederim tibi carmina, (quæris?
Alcinoo nullū poma dediſſe putas?

In Cinnam XXXVII.

Primum eſt, vt præſtes, ſi quid tè, Cinna, roga- (bo,
Illud deinde ſequens, *vt citò, Cinna, neges. * V, ſi.
Diligo præſtantem, non odi Cinna, negantem
Sed tu nec præſtas, nec citò, Cinna, negas.

Ad Ouidium. XXXVIII.

Maximus ille tuus, Ouidi, Cæſonius hic eſt,
Cuius adhuc vultum viuida cera tenet.
Nunc Nero damnauit: ſed tu damnare Nerone
Auſus es, & profugi, non tua fata ſequi.
Æquora per Scyllæ magnus comes exulis iſti:
Qui modò nolueras conſulis ire comes.
Si victura meis mandantur nomina chartis:
Et fas eſt cineri me ſupereſſe meo:
Audiet hæc præſens, venturaq; turba: fuiſſe
Illi te, Senecæ, quod fuit ille ſuo.

Ad eundem. XXXIX.

Facundi Senecæ potens amicus,

Caro proximus, aut prior Sereno,
Hic est Maximus ille, quem frequenti
Felix littera pagina salutat.
Hunc tu per Siculas secutus vndas,
O nullis Ouidi tacende linguis.
Spreuisti domini furentis iras.
Miretur Pyladem suum vetustas,
Hæsit qui comes exsulis parentis.
Quis discrimina comparet duorum
Hæsisti comes exuli Neronis.

Ad Priscum. XL.

Commendare tuum, dum vis mihi carmine munus.
** tacet.* Mæonioque cupis doctius ore loqui:
Turneb. Excrutias multis pariter me, teque diebus:
Et tua de nostro, Prisce, Thalia * placet.
Diuitibus poteris Musas, elegosque sonantes
** alij* Mittere: pauperibus munera * pexa dato.

plana, a- * *Ad Licinium.* XLI.

lij plena Doctorum, Licini, celeberrime, summe virorũ,
legunt Cuius prisca graues lingua reduxit auos:
vt mor- Redderis heu quanto fatorum munere nobis
dius ex Gustata Lethes pene remissus aqua.
M. S. Perdiderant iam vota metum, securaq; flebat
** Quod* Tristitia: * & lacrymis iamq; peractus eras;
conua- ** heu lacrymis, recte Schortus emendat, sequi-*
luit *tur enim, iamque.*
Gryph. Non tulit inuidiam taciti regnator Auerni,
** raptũ:* Et * raptas fatis reddidit ipse * colos.
** solo,* Scis igitur, quantas hominum mors falsa querelas
Mouerit? & frueris posteritate tua.

Viue

Viue velut rapto, fugitiuaq; gaudia carpe:
Perdiderit nullum vita reuersa diem.

De Anio. XLII.

Cùm mensas habeat ferè † ducentas,
Pro mensis habet, Anius, ministros:
Transcurrunt gabatæ, volantq; lances
Has vobis epulas habete lauti,
Nos offendimur ambulante cœna.

† *V. trecentas.*

Ad Seuerum. XLIII.

Parua suburbani munuscula mittimus horti,
Faucibus oua tuis: poma, Seuere, gulæ.

Ad Vrbicum. XLIV.

Mercari nostras si te piget, Vrbice, nugas:
Et lasciua tamen carmina nosse libet,
Pompeium quæras, & nosti forsitan Auctum,
Vltoris prima martis in æde sedet.
Iure madens, varioq; togæ limatus in vsu
Non lector meus hic Vrbice, sed liber est.
Sic tenet absentis nostros cantatq; libellos:
Vt pereat chartis littera nulla meis.
Deniq; si vellet, poterat scripsisse videri:
Sed famæ mavult ille fauere meæ [bit)
Hunc licet à decima (nec enim satis ante vaca-
Sollicites capiet cœnula † parua duos.
Ille leget, bibe tu: nolis licet ille sonabit:
Et cùm iam satis est, dixeris ille leget.

† *V. parca,*

Ad Auctum. XLV.

Gratum est quod Celeri nostros legis, Aucte, libellos,
Si tamen & Celerem quod legis, Aucte, iuuat
Ille meas gentes, & Celtas rexit Iberos,

Nec fuit in noſtro certior orbe fides;
Maior me tanti reuerentia turbat, & aures
Non auditoris, iudicis, eſſe puto,

In Vmbrum. XLVI.

Omnia miſiſti mihi Saturnalibus, Vmber,
Munera, contulerant quæ tibi quinque dies.
Bis ſenos triplices, & dentiſcalpia ſeptem:
His comes acceſſit ſpongia, mappa, Calix.
Semodiuſque fabæ cum vimine Picenarum,
Et Laletanæ nigra lagena ſapæ:
Paruaque cum canis venerunt coctana prunis.
Et Libycæ * fici pondere teſta grauis.
*V. ſicut Vix puto triginta nummorum tota fuiſſe
Munera, quæ grandes octo tulêre Syri,
Quanto commodius nullo mihi ferre labore
Argenti potuit pondera quinque puer?

In Naſidianum XLVII.

Semper mane mihi de me * mera ſomnia nar(ras,
* tua. Quæ moueant animum, ſollicitentq́; meum:
Iam prior ad facem ſed & hæc vindemia venit
Exorat noctes dum mihi ſaga tuas.
Conſumpſit falſaſq́; molas, & thuris aceruos;
Decreuêre greges, dum cadit agna frequens.
Non porcus, non cortis aues, non oua ſuperſunt
Aut vigila, aut dormi, Naſidiane, tibi.

Ab Rabirium. XLVIII.

Aſtra, polumq́; tua cepiſti mente, Rabiri.
Parrhaſiam mira qui ſtruis arte domum.
Phidiaco ſi digna Ioui dare templa parauit,
Has petat à noſtro Piſa tonante manus.

De Achilla. XLIX.

Caſto-

Caſtore de Polluce Gabinia fecit, Achillam;
Pyxagathos fuerat, nunc erit Hippodamus.

De Cæciliano. L.

Non cœnat ſine apro noſter, Tite, Cæcilianus:
Bellum conuiuam, Cæcilianus, habet.

Ad Iouem. LI.

Tarpeiæ venerande rector aulæ.
Quem ſaluo Duce credimus tonantem,
Cum votis ſibi quiſque te fatiget,
Et poſcat dare, quæ Dei poteſtas:
Nil pro me mihi Iuppiter petenti;
Ne ſuccenſuêris, velut ſuperbo.
Te pro Cæſare debeo rogare:
Pro me debeo Cæſarem rogare.

Ad Cæſarem Domitianum. LII.

Abſtulerat totam temerarius inſtitor vrbem,
Inque ſuo nullum limine limen erat.
Iuſſiſti tenues, Germanice, creſcere vicos;
Et modò quæ fuerat ſemita, facta via eſt.
Nulla catenatis pila eſt præcincta lagenis:
Nec prætor medio cogitur ire luto.
Stringitur in *denſa nec cæca nouacula*turba
Occupat aut totas nigra popina vias.
Tonſor, caupo, coquus lanius ſua limina ſeruant
Nunc Roma eſt, nuper magna taberna fuit.

** V. denſas. * V. turbas.*

De Silio. LIII.

Perpetui nunquam moritura volumina, Sili,
Qui legis, & Latia, carmina digna togâ,
Pierios tantùm vati placuiſſe receſſus
Credis, & Aoniæ Bacchica ſerta comæ.

Sacra cothurnati non attigit antè Maronis,
Impleuit magni quàm Ciceronis opus.
Hunc miratur adhuc centum grauis hasta virorum.
Hunc loquitur grato plurimus ore cliens.
Postquam bis senis ingentem fascibus annum
Rexerat, asserto qui sacer orbe fuit:
Emeritos Musis, & Phœbo tradidit annos:
Proq́; suo celebrat nunc Helicona foro.

In Cinnamum. L I V.

Qui tonsor fueras tota notissimus vrbe,
Et post hæc dominæ munere factus eques:
Sic Anias vrbes, Æthnæaq́; regna petisti,
Cinname, cùm fugeres tristia iura fori.
Qua nunc arte graues tolerabis inutilis annos?
Quid facit infelix, & fugitiua quies?
Non rhetor, non gramaticus, ludiue magister,
Non Cynicus, non tu Stoicus esse potes?
Vendere nec vocem Siculis, plausumq́; theatris.
Quod superest, iterum, Cinname, tonsor eris.

In Gargilianum. L V.

Lis te bis decimæ numerantem frigora brumæ
Conterit vna tribus, Gargiliane, foris,
Ah miser, & demens, viginti litigat annis
Quisquam? cui vinci Gargiliane licet?

De Labieno. L V I.

Hæredem Fabius, Labienum, ex asse reliquit:
Plus meruisse tamen se, Labienus ait.

Ad Rufum. L V I I.

Commendare meas Instanti, Rufe, camœnas
Parce precor socero, seria forsan amat.
Quòd

Quòd ſi laſciuos admittit & ille libellos,
Hæc ego vel Curio, Fabricioque legem.

De Theophila ad Canium. L V I I I.

Hæc eſt illa tibi promiſſa Theophila, Cani
Cuius Cecropiâ pectora voce madent.
Hāc ſibi iure petat magni ſenis †altus in hortis
Nec minus eſſe ſuam Stoica turba velit.
Viuet opus quodcunq́; per iſtas miſeris aures:
Tam nec fœmineum, nec populare ſapit.
Non tua † Parthenis nimium ſe præferat illi,
Quamuis Pierio ſit bene nota choro.
Carmina fingentem Sappho † laudauit amatrix:
Caſtior hæc, & non doctior illa fuit.

† V. Atticus hortus.

† Partheniæ.

† alij laudarit vel laudaret.

De familioſa ficoſa. L I X.

Ficoſa eſt vxor, ficoſus & ipſe maritus,
Filia ficoſa eſt, & gener atque ſocer.
Nec diſpenſator, nec villicus vlcere turpi
Nec rigidus foſſor, ſed nec arator eget.
Cum ſint ficoſi pariter iuueneſque ſeneſq́;
Res mira eſt: ficos non habet vnus ager.

Ad Paullum. L X.

Gratus ſic tibi, Paulle, ſit December,
Nec vani triplices, breueſq́; mappæ,
Nec thuris veniam: † leues ſelibra:
Sed lances ferat, aut ſcyphos auorum,
Aut grandis reus, aut potens amicus,
Seu quod te potius iuvat, capitque,
Sic vincas Nouiumque Publiumque
Mandris, & vitreo latrone clauſos:
Sic palmam tibi de trigone nudo

† V. breues.

Vnctæ det fauor arbiter coronæ,
Nec laudet Polybi * magis ſiniſtras:
Si quiſquam mea dixerit malignus:
Atro carmina quæ madent veneno,
Et vocem mihi commodes patronam,
Et quantum poteris, ſed vſque clames;
Non ſcripſit meus iſta Martialis.

*V. manus,

Ad Maximum. LXI.

Eſquilis domus, domus eſt tibi colle Dianæ,
 Et tua patritius culmina vicus habet:
Hinc * viduæ Cybeles, illinc ſacraria Veſtæ;
 Inde novum, veterem proſpicis inde Iouem.
Dic vbi conueniam, dic qua te parte requiram:
 Quiſquis vbiq; habitat, Maxime, nuſquam (habitat.

*V. biuiæ Lipſius. biuitæ propter Saturnum & Atym

Ad Philomuſum. LXII.

Quod te diripiunt potentiores,
Per conuiuia, porticus, theatra,
Et tecum quoties ita incidiſti,
Geſtari iuuat, & iuvat lauari:
Nolito nimium tibi placere.
Delectas, Philomuſe, non amaris.

Ad Tuccam. LXIII.

Exigis vt noſtros donem tibi, Tucca, libellos.
 Non faciam: nam vis vendere, non legere.

** In Papilum. LXIV.*

*V. Pamphilum.

Cum Saxetani ponatur cauda lacerti,
 Et bene ſi cœnas, conchis inuncta tibi eſt:
Sumen, aprum, leporem, boletos, oſtrea, mullos
 Mittis habes nec cor, * Papile, nec genium,

*V. Parophile.

Ad Seuerum. LXV.

Potaui modò conſulare vinum:

Quæris

Quæris quàm vetus, atque liberale?
Ipso consule conditum: sed ipse
Qui ponebat erat, Seuere consul.

Ad Lausum. LXVI.

Triginta toto mala sunt epigrammata libro:
Si totidem bona sunt, Lause, bonus liber est.

De Eutrapelo. LXVII.

Eutrapelus tonsor dum circuit ora Luperci,
* Expungitq; genas: altera barba subit. * *V. expungitque.*

Ad Librum. LXVIII.

Dum mea Cæcilio formatur imago Secundo,
Spirat & * arguta picta tabella * manu: * *V. argutam.* * *V. manum.*
I liber ad Geticam Peucen, Istrumq; * tacentē, * *V. jacentem.*
Hæc loca perdomitis gentibus ille tenet,
Parua dabis caro, sed dulcia dona sodali:
Certior in nostro carmine vultus erit.
Casibus hic nullis, nullis delebilis annis
Viues Appelleum cum morietur opus.

Ad Sabellum. LXIX.

Quòd non insulsè scribis tetrasticha quædam:
Disticha quòd bellè pauca, Sabelle facis:
Laudo, nec admiror, facile est epigrammata
Scribere: sed librū scribere, difficilè est. (bellè

In Sextum. LXX.

Ad natalitias dapes vocabar,
Essem cùm tibi, Sexte non amicus,
Quid factum est, rogo; quid repentè factum
Post tot pignora nostra, post tot annos,
Quod sum præteritus vetus sodalis?
Sed caussam scio: nulla venit à me
Argenti tibi libra * postulati. * *V. postulanti.*

Nec leuis toga, nec rudes lacernæ:
*V. vah pudet. Non est sportula, quæ negotiatur.
Poscis munera, Sexte, non amicos.
vocetur Iam dices mihi, * vapulat vocatot.

De se. LXXI.

* Lagopice. Si meus aurita gaudet * Lagopode Flaccus,
Si fruitur tristi Canius Æthiope:
Publius exiguæ si flagrat amore catellæ:
Si cronus similem corcopithecon amat:
Delectat Marium si pernitiosus Ichneumon:
Pica salutatrix si tibi Lause placet:
* Glaucilla. V. Galathia. Si gelidum collo nectit * Glacilla draconem:
Lusciniæ tumulum si Thelesina dedit:
Blandæ cupidinei cur non amet ora Labycæ,
Qui videt hæc dominis monstra placere*su-(is?
*V. sua.

De suis libris. LXXII.

Fertur habere meos si vera est fama, libellos
Inter delicias pulcra Vienna suas,
Me legit omnis ibi senior iuvenisq; puerquè,
Et coram tetrico casta puella viro. (tent
Hic ego maluerim, quam si mea carmina can-
Qui nilum ex ipso protinus ore bibunt;
Quam meus Hispano si me Tag⁹ impleat auro
Pascat & Hybla, meas pascatHymett⁹ apes
*V. munere. Non nihil ergo sumus, nec blandæ * murmure linguæ
Decipimur, credam iam puto, Lause, tibi.

Ad Rosam. LXXIII,

O felix rosa, mollibusq; sertis
Nostri tinge comas Apollinaris.
Quas tu nectere candidas, sed olim,

Sic te ſemper amet Venus, memento.

Ad Creticum. LXXIV.

Iactat inæqualem Matho me feciſſe libellum
Si verum eſt laudat carmina noſtra Matho.
Æquales ſcribit libros Caluinus, & Vmber.
Æqualis liber eſt, Cretice, qui malus eſt.

In Baccharam. LXXV.

Si quid op⁹ fuerit, ſcis me non eſſe rogandum,
Bis nobis dicis, Bacchara terque die.
Appellat rigida triſtis me voce ſecundus :
Audis ſed neſcis, Bacchara, quid ſit opus.
Penſio † te coram petitur clareq́; palamq́;: † V. &
Audis, † ſed neſcis, Bacchara, quid ſit opus. † curà
Eſſe queror, gelidaſq́; mihi, tritaſq́; lacernas: me.
Audis, † ſed neſcis, Bacchara, quid ſit opus.
Hoc opus eſt, ſubitò fias vt ſidere mutus, † V. &.
Dicere ne poſſis, Bacchara, quid ſit opus.

Ad Narniam. LXXVI.

Narnia ſulphureo quam gurgite candid⁹ amnis
Circuit, ancipiti vix adeunda iugo,
Quid tam ſępe meum nobis abducere Quinctũ
Te iuvat? & lenta detinuiſſe mora?
Quid Nomentani cauſſam mihi perdis agelli.
Propter vicinum, qui pretioſus erat?
Sed iam parce mihi: nec abutere Narnia Quin-
Perpetuo liceat ſic tibi ponte frui. (cto.

De Papilo. LXXVII.

Vnguentum fuerat, quod onyx modò parua gerebat
Olfecit poſtquam Papilus, ecce garum eſt.

In Linum. LXXVIII.

Bruma est & riget horridus December,
Audes tu tamen osculo niuali
*V. obuius sic versus requirit.
Omnes * obuios hinc & hinc tenere,
Et totam, Line, basiare Romam.
Quid possis grauiusque, sæuiusque
Percussus facere, atque verberatus?
Cuius liuida naribus caninis
Dependet glacies rigetque barba,
* V. forpicibus.
Qualem * forcipibus metit supinis
Tonsor Cinyphio Cilix marito:
Quare si tibi sensus est, pudorq;.
Hybernas, Line, basiationes
In mensem rogo differas Aprilem.

Epitaphium Vrbici pueri. LXXIX.

Conditus hic ego sum Bassi dolor, Vrbicus infans,
Cui genus, & nomen maxima Roma dedit.
Sex mihi de prima deerant trieteride menses,
Ruperunt tetricæ cùm mala pensa deæ.
Quid species, quid lingua mihi, quid profuit ætas?
Da lacrymas tumulo, qui legis ista, meo.
Sic ad Lethæas, nisi Nestore serior, vndas
Non eat, optabis quem super esse tibi.

Ad Librum suum. LXXX.

Nosti si bene Cæsium, libelle,
Montanæ decus Vmbriæ Sabinum,
Auli municipem mei Pudentis:
Illi tu dabis hæc vel occupato.
Instent mille licet, premantque curæ,
Nostris carminibus tamen vacabit.
Nam me diligit ille, proximumque

Turni

Turni nobilibus leget libellis.
O quantum mihi nominis paratur?
O quæ gloria, quàm frequens amator?
Te conuiuia, te forum sonabit,
Ædes, compita, porticus, tabernæ
Vni mitteris, omnibus legeris.

Ad Castorem. LXXXI.

Omnia Castor * emi, sic fiet vt omnia * vendat. * emis, * vendas

Ad Crispinum. LXXXII.

Sic placidum videas semper, Crispine, tonantẽ:
Nec te Roma min⁹, quàm tua Memphis amet.
Carmina Parrhasia si nostra legentur in aula:
(Namq́ue solent sacra Cæsaris aure frui)
Dicere de nobis, vt lector candidus * audet, *Audemon. audet lege.
Temporibus præstat non nihil iste tuis.
Nec Marco nimium minor est doctoq́; Catullo,
Hoc satis est ipsi, cætera mando * Deo, * Domitiano nempe.

Ad Ponticum. LXXXIII.

* Pontice, per reges discurris, & omnia lustras: *Vix ausim hoc epigramma Martiali adscribere.
Magna quidem sequeris; Pontice magnus homo es.
Pontice, si qua facis, sine teste facis. sine turba:
Non adhibes multos, Pontice, cautus homo es.
Pontice te celebrem formâ natura creauit:
Dignus eras Helena, Pontice, pulcer homo es
Pontice, voce tua posses adamanta mouere:
Vox tua dulce sonat: Pontice, dulcis homo es
Pontice sic alios, sic te quoque decipit error:
Vis dicam verum? Pontice nullus homo es.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.

LIBER VIII.

IMperatori Domitiano Cæsari Augusto, Germanico, Diacio, Valerius Martialis salutem. Omnes quidem libelli mei, Domine, quibus tu famam, id est, vitam, dedisti, tibi supplicant: & puto, propter hoc leguntur. Hic tamen qui operis nostri Octavus inscribitur, occasione pietatis, frequentius fruitur. Minus itaque ingenio laborandum fuit, in cuius locum materia successerat. Quam quidem subindè aliqua locorummistura variare tentauimus: ne cœlesti verecundiæ tuæ laudes suas, quæ facilius te fatigare possunt quàm nos satiare omnes versus ingererent. Quamvis autem Epigrammata severissimis quoque & * supremæ fortunæ viris ita scripta sint, vt * nimiam verborum licentiam affectasse videantur: ego tamen illis non permisi, tam liberè loqui quàm solent: cum pars libri & maior & melior ad maiestatem sacri nominis tui allegata sit. Meminerit non nisi * religionis purificatio- ficatione lustratus accedere ad templa debere. Quod vt custoditurum me lecturi sciant, in ipso libelli huius limine profiteri brevissimo placuit epigrammate.*

* Dacico.
*summæ V.
* V. mimicam vel inimicam.
* V. religiosa.

Ad librum suum. I.

Laurigeros domini liber intratute penates,
Disce verecundo sanctius ore loqui.

Nuda

Nuda recede Venus: non eſt tuus iſte libellus,
Tu mihi, tu Pallas Cæſariana veni.

Ad Ianum. II.

Faſtorum genitor * Parenſque Ianus ** V. paterque.*
Victorem modò cùm modo videret * Iſtri, ** V. Iſtro.*
Tot vultus ſibi non ſatis putauit,
Optauitque oculos habere plures,
Et lingua pariter locutus omni
Terrarum Domino, Deoque rerum
Promiſit Pyliam quater ſenectam.
Addas, Iane, * tuam pater, rogamus. ** V. pater tuã.*

Ad Muſam. III.

Quinq; ſatis fuerant, vel ſex, ſeptemq; libelli,
Et nimium: quid adhuc ludere, Muſa, iuvat?
Sit pudor, & finis. Iam plus nihil addere nobis
Fama poteſt: teritur noſter vbique liber.
Et cùm rupta ſitu Maſſalæ ſaxa iacebunt,
Altaqué cum Licini marmora puluis erunt:
Me tamen ore legent, & ſecum plurim⁹ hoſpes
Ad patrias ſedes carmina noſtra feret.
Finieram, cùm ſic reſpondit nona ſororum,
Cui coma, & vnguento ſordida veſtis erat:
Tuné potes dulces, ingrate relinquere nugas?
Dic mihi, quid melius deſidioſus ages?
An juvat ad tragicos ſoccum transferre cothurnos
Aſpera vel paribus bella tonare modis?
* Perlegat vt tumidus rauca te voce magiſter, ** V. prælegat.*
Oderit & grandis Virgo, bonuſque puer?
Scribant iſta graues * nimium nimiumq; ſeueri ** V. potius.*
Quos media miſeros nocte lacerna videt.

At tu Romano lepidos ſale tange libellos :
Agnoſcat mores vita, legatque ſuos.
Anguſta cantare licet videaris auena ;
Dum tua multorum vincat auena tubas.

Ad Cæſarem Domitianum. IV.

Quantus io latias mundi conuentus ad aras
Suſcipit, & ſoluit pro duce vita ſuo ?
†V. Non ſunt. † Nam non hæc hominum, Germanice, gaudia tantum,
Sed faciunt ipſi nunc puto, ſacra dei.

Ad Macrum. V.

Dum donas, Macer, anulos amicis ;
Deſiſti, Macer, anulos habere.

In Euctum. VI.

Archetypis vetuli nihil eſt odioſius, Eucti,
† fumoſa, Lipſ. lib. 1. Ep. 5. & Schottus. Ficta Saguntino Cymbia malo luto.
Argenti † furioſa ſui cùm ſtemmata narrat
Garrulus, & verbis mucida vina facit.
Laomedonteæ fuerant hæc pocula menſæ
Ferret vt hæc, muros ſtruxit Apollo lyrâ,
Hoc cratere ferox commiſit prælia † Rhætus,
† alij Rhæcus. Cùm Lapythis pugna: debile cernis opus.
Hi duo longæuo cenſentur Neſtore fundi
†columna, Pollice de Pylio trita † columba nitet.
Hic Scyphus eſt, in quo miſceri iuſſit amicis
† V. vſque. Largius Æacides, & bibit †ipſe merum.
Hac propinauit Bytiæ pulcherrima Dido
† V. calathis. In patera, Phrygio cum data cæna viro eſt.
Miratus fueris cum priſca toreumata multum;
In Priami † cyathis Aſtianacta bibes.

In Cinnam. VII.

Hoc

Hoc agere eſt cauſas, hoc dicere, Ciña, diſertè:
Horis Cinna, decem dicere verba nouem?
† Sed modo Clepſydras ingenti voce petiſti † *V. Si.*
Quatuor, O quantum, Cinna, tacere potes?

Ad Ianum. VIIII.

Principium des, Iane, licet velocibus annis,
Et † reuoces vultu ſæcula longa tuo: † *V. re-*
Te primum pia thura rogent, te† voce ſalutẽt; *noues.*
Purpura te felix, te colat omnis, honos: † *V.*
Tu tamen hoc mauis, Latiæ quod contigit vrbi *vota.*
Menſe tuo reducem, Iane, videre Deum.

Ad Quinctum. IX.

Soluere dodrantẽ nuper tibi, Quincte, volebat
Lippus Hylas: luſcus vult dare dimidium.
Accipe quàm primum: breuis eſt occaſio lucri:
Si fuerit cæcus, nil tibi ſoluet Hylas.

De Baſſo. X.

Emit lacernas millibus decem, Baſſus,
Tyrias coloris optimi, Lucrifecit.
Adeò bene emit? inquis, imò non † ſoluit. † *V. ſol-uet.*

Ad Cæſarem Domitianum. XI.

Perueniſſe tuam iam te ſcit Rhenus in vrbem;
Nam populi voces audit & ille tui.
Sarmaticas etiam gentes, Iſtrumq; Getaſq;,
Lætitiæ clamor terruit ipſe nouæ.
Dum te longa ſacro veneratur gaudia Circo,
Nemo quater miſſos currere ſenſit equos.
Nullum Roma ducem, nec te ſic Cæſar amauit:
Te quoq; iam non plus, vt velit ipſa, poteſt.

Ad Priſcum. XII.

Vxorem quare locupletem ducere nolim

Quæri-

Quæritis? vxori nubere nolo meæ.
Inferior matrona ſuo ſit, Priſce, marito:
Non aliter fuerint fœmina, virquè pares.

Ad Gargilianum. XIII.

† Morio dictus erat: viginti millibus emi.
Redde mihi nummos, Gargiliane: ſapit.

†V. Mulio.

In crudelem amicum. XIV.

Pallida ne Cilicum timeant pomaria brumam,
Mordeat & tenerum fortior aura nemus,
Hybernis obiecta notis ſpecularia puros
Admittunt ſoles, & ſine fæce diem.
At mihi cella datur, non tota clauſa feneſtra,
In qua nec Boreas ipſe manere velit,
Sic habitare iubes veterem crudelis amicum?
Arboris ergo tuæ tutior hoſpes ero.

Ad Domitianum. XV.

Dum noua Pannonici † narratur gloria belli,
Omnis & ad reducem dum litat ara Iouem:
Dat populus, dat gratus eques, dat thura Senatus
Et ditant † Latias tertia dona tribus.
Hos quoq; ſecretos memorabit Roma triumphos,
Nec minor iſta tuæ laurea pacis erit.
Quid tibi de ſancta credis pietate tuorum?
Principis eſt Virtus maxima, noſſe ſuos.

†V. numeratur

†V Latia lege Vitelliũ contra Merulam.

In Ciperum. XVI.

Piſtor qui fueras diu, Cipere,
Nunc cauſſas agis, & † ducenta quæris:
Sed conſumis, & vſque mutuaris,
A piſtore, Cipere, non recedis,
Et panem facis & facis farinam.

†V. ducena.

Ad

Ad Sextum. XVII.

Egi, Sexte, tuam pactus duo millia caussam,
Misisti nummos †quos mihi?mille: quid est?
Narrasti nihil, inquis, & à te † prodita caussa
Tanto plus debes, Sexte, quod erubui.

† V. quòd mihi mille.
† V. perdita.

Ad Cirinium. XVIII.

Sic tua, Cirini, promas epigrammata vulgo,
Vt mecum possis, vel prior ipse legi.
Sed tibi tantus inest veteris respectus amici,
Carior vt mea sit quam tua fama tibi.
Sic Mare nec Calabri tentauit carmina Flacci
Pindaricos † posset cùm superare modos,
Et Vario cessit Romani laude cothurni,
Cùm posset tragico fortius ore loqui.
Aurum,& opes, & rura frequens donabit ami(cus
Qui velit ingenio, cedere rarus erit,

† V. nosset.

De Cinna. XIX.

Pauper videri, Cinna, vult: & est pauper.

Ad Varum. XX.

Cùm facias versus nulla non luce †ducentos,
Vare, nihil recitas, non sapis, atq; sapis.

† V. ducenos.

†*Ad Luciferum.* XXI.

Phosphore redde diem, quid gaudia nostra mo(raris?
Cæsare venturo, Phosphore, redde diem.
Roma rogat placidi nunquid te pigra Bootæ
Plaustra vehunt, lento, quòd nimis igne ve(nis?
Ledæo poteras †abducere Cyllaron astro,
Ipse suo cedet † nunc tibi Castor equo.
Quid cupidum Titana tenes? iam Xantus & Æthon
Fræna volunt: vigilat Mĕnonis alma parens.
Tarda tamen nitidæ non cedunt sidera luci,

† V. De Cæsare.
† V. adducere.
† V. tunc

Et cupit Ausonium Luna videre ducem.
Iam Cæsar, vel nocte veni: * sint astra licebit:
Non deerit populo, te veniente dies.

In Gallicum. XXII.

Inuitas ad aprum:ponis mihi, Gallice, porcum:
Hybrida sum. si das, Gallice, verba mihi.

Ad Rusticum. XXIII.

Esse tibi videor sævus, nimiumq; gulosus,
Qui propter cænam, Rustice, cædo cocum;
Si leuis ista tibi flagrorum causa videtur;
Ex qua vis caussa vapulet ergo cocus?

Ad Cæsarem Domitianum. XXIV.

Si quid fortè petam timido, graciliq; libello,
Improba non fuerit si mea charta, dato.
Et si non dederis, Cæsar, permitte rogari:
Offendunt nunquam thura precesq; Iouem.
Qui fingit sacros auro vel marmore vultus,
Non facit ille Deos: qui rogat, ille facit.

In Oppianum. XXV.

Vidisti semel, Oppiane tantum
Ægrum me malè: sæpè te videbo.

Ad Cæsarem Domitianum. XXVI.

Non tot in Eois timuit Gangeticus aruis
Raptor, in Hyrcano qui fugit albus equo.
Quot tua Roma nouas vidit, Germanice, tigres
Delicias potuit nec numerare suas.
Vicit Erytræos tua, Cæsar, arena triumphos,
Bacchi nempe. Et victoris opes diuitiasque * Dei.
Nam cùm captiuos ageret sub curribus Indos,
Contentus gemina tigride Bacchus erat.

Ad Gaurum XXVII.

Munc-

Munera quæ tibi dat locupleti, Gaure seniq; :
 Si sapis & sentis, hic tibi ait; morere.

De Partheniana toga. XXVIII.

Dic toga, facundi gratum mihi munus amici,
 Esse velis cuius fama decusque gregis?
Appula Ledæi tibi floruit herba Phalanti,
 Qua saturat Calabris culta Galesus aquis.
An Tartesiacus stabuli nutritor Iberi,
 Bætis in Hesperia te quoque laui aqua?
An tua multifidum numerauit lana Timanum,
 Quem prius astrifero Cyllarus ore bibis?
Te nec Amyclæo decuit liuere veneno:
 Nec Miletus erat vellere digna tuo.
Lilia tu vincis, nec adhuc dilapsa ligustra,
 Et tiburtino monte quod albet ebur.
Spartanus tibi cedet olor, Paphiæq; columbæ
 Cedet Erythræis eruta gemma vadis,
Sed licet hæc primis niuibus sint æmula dona,
 Non sunt Parthenio candidiora suo. ** V. Ba-*
Non ego prætulerim * Babylonica picta * su- *bylonis.*
 perbè ** V. su-*
 Texta, Semiramia quæ variantur acu, *perba.*
Non Athamantheo potius me mirer in auro. ** V. pe-*
 Æolium dones si mihi, Phryxe * decus. *cus.*
O quantos risus pariter spectata mouebit ** V. Cũ*
 * Trita Palatina * vestra lacerna toga. *alij cul-*

De distichis. XXIX. *ta.*

Disticha qui scribit puto, vult breuitate placere ** V. no-*
 Quid prodest breuitas, dic mihi si liber est? *stra Li-*

De spectaculo Scæuolæ. XXX. *psius*

Qui nunc Cæsareæ lusus spectantur arenæ; *probat*
 Temporibus Bruti gloria summa fuit. *Cum*

Aſpicis, vt teneat flammas, pœnaque fruatur
Fortis & attonito regnet in igne manus
Ipſe ſui ſpectator adeſt, & nobile dextræ
Funus amat: totis paſcitur illa ſacris,
Quòd niſi rapta foret nolenti pœna, parabat
† V. laſſos. Sæuior in † laxos ire ſiniſtra focos.
Scire piget poſt tale decus, quid fecerit antè.
Quam vidi, ſatis eſt hanc mihi noſſe manũ.

In Dentonem. XXXI.

Neſcio quid de te non bellè, Dento, fateris,
Coniuge qui ducta iura paterna petis.
Sed iam ſupplicibus dominum laſſare libellis
Deſine, & in patriam ſerus ab vrbe redi.
Nam dum tu longè deſerta vxore, domoque
Tres quæris natos, quatuor inuenies.

De Columba Aretullæ. XXXII.

Aëra per tacitum delapſa ſedentis in ipſos
Fluxit, Aretullæ, blanda columba ſinus,
Luſerat hoc caſus: niſi inobſeruata maneret.
Permiſſaque ſibi nollet abire fuga.
Si meliora piæ fas eſt ſperare ſorori,
Et dominum mundi flectere vota valent.
Hæc à Sardois tibi forſitan exulis oris,
Fratre reuerſuro, nuncia venit auis.

Ad Paullum de Phiala. XXXIII.

De prætoricia folium mihi, Paulle, corona
Mittis, & hoc phialæ nomen habere iubes.
† *tacta, argentea* Hac fuerat nuper † nebula tibi pegma peruncťum,
Pallida quam rubri diluit vnda croci,
An magis aſtuti deraſa eſt vngue miniſtri
Bractea

Bractea, de fulcro quod reor esse tuo?
Illa potest culicem longè sentire volantem,
Et minimi penna papilionis agi,
Exiguæ volitat suspensa vapore lucernæ,
Et leuiter fuso rumpitur icta mero.
Hoc linitur sputo Iani caryota Kalendis, † *V. parco.*
Quam fert cum † paruo sordidus esse cliens.
Lenta minus gracili crescunt colocasia filo,
Plena magis nimio lilia sole cadunt.
Nac vaga tam tenui † discursat aranea telâ, † *V. discurrit.*
Tam leue nec bombyx pendulus vrget opus.
Crassior in facie vetulæ stat creta Fabullæ:
Crassior offensæ bulla tumescit aquæ.
Fortior intortos seruat vesica capillos,
Et mutat Latias spuma Batava comas.
Hac cute Ledæo vestitur pullus in ouo:
Talia lunata splenia fronte sedent.
Quid tibi cum phiala, ligulam cùm mittere possis?
Mittere cum possis vel cochleare mihi?
Magna nimis loquimur: † cochleam cùm mittere possis, † *V. cochlear.*
Denique cùm possis mittere, Paulle, nihil.

In Iactatorem. XXXIV.

Archetypum Myos argentum te dicis habere;
Quod sine te factum est, hoc magis archetypum est,

In pessimos coniuges. XXXV.

Cum sitis similes, paresque vita
Vxor pessima, pessimus maritus,
Miror, non bene conuenire vobis.

Ad

Ad Cæsarem Domitianum. XXXVI.

Regia Pyramidum, Cæſar, miracula ride:
Iam tacet Eoum barbara Memphis opus.
Pars quota Parrhaſiæ labor eſt Mareotic⁹ aula,
Clarius in toto nil videt orbe dies.
Septenos pariter credas aſſurgere montes:
Theſſalicum breuior Pelion Oſſa tulit,
Æthera ſic intrat nitidis vt conditus aſtris,
Inferiore tenet nube ſerenus apex.
Et prius arcano ſatietur lumine Phœbi,
Naſcentis Circe quàm videt ora patris.
Hæc Auguſte tamen, quæ vertice ſidera pulſat;
Par domus eſt cœlo: ſed minor eſt domino.

*Ad * Polycarmum.* XXXVII.

** al. Polycharmum.*

Quod Caietano reddis, Polycarme, tabellas,
Millia * te centum non tribuiſſe putas?
Debuit hæc, inquis tibi habe, Polycarme, tabellas.
Et Caietano millia crede tuo.

** ter centum num.*

Ad Meliorem. XXXVIII.

Qui præſtat pietate pertinaci.
Senſuro bona liberalitatis,
Captet forſitan, aut vicem repoſcat.
At ſi quis dare nomini relicto
Poſt Manes. tumulumq́ue perſeueret,
Quærit quid niſi parcius dolere?
Refert ſis bonus, an velis videri:
Præſtat hoc, Melior, ſciente fama:
Qui ſolennibus, anxius ſepulti
Nomen non ſinis interire Blæſi,
Et de munifica profuſus arca
Ad natalitium diem colendum

Scriba-

Scribarum memori, piæque turbæ
Quod donas facis ipse Blæsianum.
Hoc longum tibi vita dum manebit,
Hoc & post cineres erit tributum.

Ad Domitianum. XXXIX.

Qui Palatinæ caperet conuiuia mensæ,
Ambrosiasq; dapes, non erat ante locus.
Hic haurire licet sacrum, Germanice, nectar,
Et Ganymedea pocula mixta manu,.
Esse velis, oro, serus conuiua tonantis.
At tu si properas Iuppiter, ipse veni.

Ad Priapum. XL.

Non horti, neque palmitis beati,
Sed rari nemoris, Priape, custos,
Ex quo natus es, & potes renasci,
Furaces moneo manus repellas,
Et syluam domini focis reserues. * *hæc.*
Si defecerit * hoc, & ipse lignum es.

Ad Faustinum. XLI.

Tristis Athenagoras non misit munera nobis,
Quæ medio brumæ mittere mense solet.
At sit Athenagoras tristis, Faustine, videbo:
Me certè tristem fecit Athenagoras.

Ad Mathonem. XLII.

Si te sportula maior ad beatos
Non corruperit, vt solet: licebit
De nostro, Matho, centies laueris.

In Fabium & Christillam. XLIII.

Effert vxores Fabius, Christilla maritos,
Funereamq; toris quassat vterque facem.
Victores committe Venus, quos iste manebit.

Exitus

Exitus, vna duos vt Libitina ferat.

Ad Titullum. XLIV.

Titulle moneo, viue ſemper: hoc ſerum eſt
Sub pædagogo cæperis licet, ſerum eſt.
At tu miſer Titulle, nec ſenex viuis:
Sed omne limen conteris ſalutator,
Et mane ſudas vrbis oſculis vdus,
Foroq; triplici ſparſus ante equos omnes
Ædemq; Martis, & coloſſon Auguſti
Curris per omnes tertiaſq; quinctaſq;.
Rape, congere, aufer, poſſide; relinquẽdum eſt.

Ad Flaccum. XLV.

Priſcus ab Æthneis mihi Flacce, Terentius oris
Redditur: hanc lucem lactea gemma notet.
Defluat, & cento ſplendeſcat turbida limo,
Amphora centeno conſule facta minor.
Continget nox quando meis tam candida menſis
Tam iuſto dabitur quando calere mero.
Cùm te, Flacce, mihi reddet Cythereia Cypros,
Luxuriæ fiet tam bona cauſſa meæ.

In variè ſe tondentem. XLVI.

Pars maxillarum tonſa eſt tibi, pars tibi, raſa eſt
Pars vulſa: eſt vnum quis putet eſſe caput?

De abolla Criſpini. XLVII.

Neſcit cui dederit Tyriam, Criſpinus, abollam,
Dum mutat cultus, induiturque togam.
Quiſquis habes, humeris ſua munera redde precamur.
Non hoc, Criſpinus, te, ſed abolla rogat.
Non quicunq; capit ſaturatas murice veſtes,
Nec

Nec niſi deliciis conuenit iſte color.
Si te præda iuuat, fœdique inſania lucri.
Quò poſſis melius fallere, ſume tegam.

Ad Cæſ. Domitianum. XLVIII.

Quanta Gigantei memoratur menſa triumphi
Quantaque nox ſuperis omnibus illa fuit.
Qua bonus accubuit genitor cum * plebe deorum, *Phœbe.
Et licuit Faunis poſcere vina Iouem;
Tanta tuas celebrant, Cæſar, conuiuia laurus:
Exhilarant ipſos gaudia noſtra deos.
Veſcitur omnis eques tecum, populuſque, patreſque,
Et capit ambroſias cum Duce Roma dapes.
Grandia polliticis quantò maiora dediſti
Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt.

De Phiali Ruſi. XLIX.

Quis labor in Phiala? docti Myos, anne Myronis.
Mentoris hæc manus eſt, an Polyclete tua?
Liueſcit nulla caligine fuſca, nec odit
Exploratores nubila Maſſa focos.
Vera minus flauo radiant electra metallo,
Et * nimium felix puſtula vincit ebur. *V. niueum.
Materiæ non cedit opus: ſic alligat orbem.
Plurima cum tota lampade Luna nitet:
Stat caper Æolio Thebani vellere Phryxi
Cultus: ab hoc mallet vecta fuiſſe ſoror.
Hunc nec Cinyphius tonſor violauerit, & tu
Ipſe tua paſci vite Lyæe velis,
Terga premit pecoris geminis amor aurea alis

† Palldius tenero † lotos ab ore ſonat. (†al. Pal lados & † lotus.)
Sic Methymnæo gauiſus Arione delphin
Languida non tacitum per freta vexit onus.
Imbuat egregium digno mihi nectare munus,
Non † grege de domini, ſed tua ceſte man°.
Ceſte decus menſæ, miſce Setina: videtur († V. rogo det dominus.)
Ipſe puer nobis, ipſe ſitire caper.
Det numerum cyathis. Inſtantis littera Rufi;
Auctor enim tanti muneris ille mihi.

In Catullam. L.

Formoſiſſima quæ fuêre, vel ſunt,
Sed viliſſima quæ fuêre, vel ſunt.
O quàm te fieri, Catulla, vellem,
Formoſam minus, aut magis pudicam.

Ad Cæſarem Domitianum. LI.

Magna licet toties tribuas, maiora daturus
Dona ducum victor, victor & ipſe tui:
Diligeris populo non propter præmia, Cæſar,
Propter te populus præmia, Cæſar, amat.

Ad eundem de Leone. LII.

Auditur quantum Maſſyla per auia murmur,
Innumero quoties ſylua leone furit,
Pallidus attonitos ad plena mapalia paſtor
Cùm reuocat tauros, & ſine mente pecus:
Tantus in auſonia fremuit modò terror arena.
Quis non eſſe gregem crederet? vnus erat. († V. darent marmora picta comas.)
Sed cuius tremerent ipſi quoque iura leones,
Cui diadema † daret marmore picta Nomas.
O quantum per colla decus, quem ſpargit honorem,
Aurea lunatæ cum ſtetit † vnda iubæ? († V. umbra.)

Grandia

Grandia quàm decuit latum venabula pectus,
Quantaq; de magnâ gaudia morte tulit?
Vnde tuis Lybiæ tam felix gloria syluis?
A Cybeles nunquid venerat ille* iugis? *V. iugo.
An magis Herculeo, Germanice, misit ab astro,
Hanc tibi vel frater, vel pater ipse feram?

Ad Flaccum. L I I I.

Temporibus nostris ætas cum cedat auorum,
Creuerit & maior cum duce Roma suo:
Ingenium sacri miraris abesse Maronis,
Nec quemquam tanta bella sonare tuba?
Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones,
Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt.
Iugera perdiderat miseræ vicina Cremonæ,
Flebat & abductas Tityrus æger oues.
Risit Tuscus eques, paupertatemq; malignam *V. sed.
Reppulit, & celeri iussit abire fugâ.
Accipe diuitias, * & vatum maximus esto,
Tu licet & nostrum, dixit, Alexin ames.
Adstabat domini mensis pulcherrimus ille,
Marmorea fundens nigra falerna manu.
Excidit attonito pinguis Galatea poëtæ,
Thestylis & rubras messibus vsta genas; * Vide
Protinus Italiam concepit, & * arma virumq;, exordiū
Qui modò vix culicem fleuerat ore rudi. Æneidos.
Quid varios, Marsosq; loquar, ditataq; vatum
Nomina, magnus erit quos numerare labor? *V. dictataq;.
* Ergo ero Virgilius, si munera Mæcenatis
Des mihi? Virgilius non ero: Marsus ero. * al. Ipse ero.

De Picente. L I V.

Tres habuit dentes, pariter quos expuit omnes

† V. laxi. Ad tumulum, Picens, dum sedet ipse suum,
Collegitq; sinu fragmenta nouissima † fracti
Oris, & aggestâ contumulauit humo.
Ossa licet quondam defuncti non legat hæres:
Hoc sibi iam, Picens, præstitit officium.

In Artemidorum. L V.

† Lipsius lib. 1. epist. 5 Cùm tibi tam crassæ sint, Artemidore, lacer,
Possim te † sagarum iure vocare † meo.

putat esse sagarum, qui munus theatrale fungebatur. † al, meum.

In Luscum furem. L V I.

Aspicis hunc vno contemptum lumine, cuius
Lippa sub attrita fronte lacuna patet:
Ne contemne caput, nihil est furacius illo.
Non fuit Autolyci tam piceata manus.
† V. seruare, Hunc tu conuiuam cautus † vitare memento:
Tunc furit, atq; oculo, luscus vtroq; videt.
Pocula solliciti perdunt, ligulasq; ministri,
Et latet in tepido plurima mappa sinu.
Lapsa nec à cubito subducere pallia nescit
Et tectus lenis sæpe duabus abit:
Nec dormitantem vernam fraudare lucerna
Erubuit fallax, ardeat illa licet.
Si nihil inuasit, puerum tunc arte dolosa
Circuit, & soleas surripit ipse suas.

† fortè in Glauciam Seuerum.

† In Claudiam. L V I I.

Summa Palatini poteras æquare Colossi,
Si fieres breuior, Claudia sesquipede.

In Carinum. L V I I I.

Liuet Carinus, rumpitur, furit, plorat:
Et quærit altos, vnde pendeat, ramos.

Non

Non iam quòd orbe cantor, & legor toto.
Nec vmbilicus quod decorus & cedro
Spargor per omnesRoma quas tenet gentes:
Sed quod ſub vrbe rus habemus æſtivum,
Vehimurq; mulis non vt ante conductis.
Quid imprecabor, ô Seuere, liuenti
Hoc opto, mulas habeat & ſuburbanum.

De Picente. L I X.

Scribit in auerſa, Picens epigrammata charta
Et dolet auerſo quod facit illa Deo.

In Clytum. L X.

Vt poſcas, Clyte munus, exigaſquê,
Vno naſceris octies in anno,
Et ſolas, puto treſue, quatuorue
Non natalitias habes Kalendas.
Sit vultus tibi læuior licebit
Tritis litoris aridi lapillis,
Sit moro coma nigrior caduco,
Vincas mollitie tremente plumas,
Aut maſſam modò lactis alligati,
Tu nobis, Clyte, iam ſenex videris.
Tam multos quis enim fuiſſe credat
Natales Priamiue Neſtoriſue?
Sit tandem pudor, & modus rapinis,
Quòd ſi ludis adhuc, ſemelque naſci,
Vno iam tibi non ſat eſt in anno,
Natum te Clyte, nec ſemel putabo.

Ad Domitianum. L X I.

Hîc vbi fortunæ reducis fulgentia latè
Templa nitent, felix area nuper erat.
Hîc ſtetit Arctoi formoſus puluere belli

Purpureum fundens, Cæſar, ab ore iubar.
Hîc lauro redimita comas, & candida * cultu
Roma ſalutauit voce, manuque ducem.
Grande loci meritum teſtantur & altera dona.
Stat ſacer * edomitis gentibus arcus * ouans
Hîc gemini currus numerant elephanta * frequenter,
Sufficit immenſis aureus ipſe iugis,
Hæc eſt digna tuis, Germanice, porta triũphis:
Hos aditus vrbem Martis habere decet.

*Vultu habet communis editio.
*V. & domitis
*V. oua
* frequentem mallem legere.

De conſulatu Silij. LXII.

Auguſto pia thura, victimaſque
Pro noſtro date, Silio, Camænæ.
Bis ſenos iubet en redire faſces
Nato conſule, nobilique virga
Vatis * Caſtaliam domum ſonare.
Rerum prima ſalus, & vna Cæſar,
Gaudenti ſuper eſt adhuc quod optet
Felix purpura, * tertiuſque conſul.
Pompeio dederit licet ſenatus,
Et Cæſar genero ſacros honores.
Quorum pacificus ter ampliauit.
Ianus nomina Silius frequentes
Mavult ſic numerare conſulatus,

*Caſtalij.
*Errant qui Silium ter Conſulem fuiſſe tradunt. ſemel fuit, ſemel item filius filii tertium optat Poëta pro ſecundo filio, de patre & filiis Plin. minor, ep. 7. lib. 3.

In Cæcilianum. LXIII.

Horas quinq; puer nondum tibi nunciat, & tu
Iam conuiua mihi, Cæciliane, venis.
Cũ modò diſtulerim raucæ vadimonia chartæ

Et

Et Floralicias lasset arena feras:
Curre, age, & illotos reuoca, Calliste ministros:
Sternantur lecti, Cæciliane, sede. † nondū mihi.
Caldam poscis aquam † sed nondum frigida venit:
Alget ad huc nudo clausa culina foco.
Mane veni potius: nam cur te quincta moratur
Aut cur non serò, Cæciliane venis?

Ad Entellum. LXIV.

Qui Corcyræi vidit pomaria regis,
Rus, Entelle, tuæ præferat ille domus.
Inuida purpureos vrat ne bruma racemos,
Et gelidum Bacchi munera frigus edat,
Condita perspicua viuit vindemia gemma,
Et tegitur felix, nec tamen vua latet.
Fæmineum lucet sic per bombycina corpus:
Calculus in nitida sic numeratur aqua,
Quid non ingenio voluit natura licere?
Autumnum sterilis ferre iubetur hyems,

In Vacerram. LXV.

Miraris veteres, Vacerra, solos,
Nec laudas nisi mortuos poëtas,
Ignoscas petimus, Vacerra: tanti
Non est, vt placeam tibi, perire.

De Nerua. LXVI.

Quanta quies placidi, tanta est facundia Neruæ
Sed cohibet vires ingeniumque pudor.
Cùm siccare † sacrum largo Panassida posset
Ore, verecundam maluit esse sitim:
Pieriam tenui frontem redimire corona
Contentus famæ nec dare vela suæ.

† *V. sacram haud dubie melius.*

Sed tamen hunc noſtri ſcit temporis eſſe Tibullum
Carmina qui † docti nota Neronis habet.

† V. noſtri docta.

In Poſtumianum. LXII.

Quatuor argenti libras mihi tempore brumæ
Annos miſiſti, Poſtumiane, decem.
Speranti plures (nam ſtare aut creſcere debent
Munera) venerunt pluſue minuſue duæ.
Tertius, & quartus multò inferiora tulerunt.
Libra fuit quinto Septitiana quidem.
Beſſalem ad ſcutulam ſexto peruenimus anno.
Poſt hunc in cotula raſa ſelibra data eſt.
Octavus ligulam miſit ſextante minorem:
Nonus † aculeolos in cochleare tulit.
Quod mittat nobis, decimus iam non habet annus:
Quatuor ad libras, Poſtumiane, redi.

† *aculetius al. aculetius al. per modicum. vix.*

Ad librum ſuum. LXVIII.

Nondum murice cultus, aſperoque
Morſu pumicis aridi politus
† Arcanum properas ſequi libelle:
Quem pulcerrima iam redire Narbo,
Docti patria Narbo, Votieni
Ad leges iubet, annuoſque faſces:
Votis quod paribus tibi petendum eſt,
Continget locus † ille, & hic amicus.
Quam vellem fieri meus libellus.

† *V. hinc & hinc.*

In malum medicum. LXIX.

Hoplomachus nunc es, fueras ophtalmicus antè:
Feciſti medicus, quod facis hoplomachus.

Occidis, vt occidiſt.

De

De Galle Lingonoe. LXX.

Dum repetit ſera conductos nocte penates *Ad Lucanũ*
Lingonus à rectâ Flamineaqué * via *recens.*
Expulit offenſo vitiatum pollice talum,
Et iacuit toto corpore fuſus humi.
Quid faceret Gallus, qua ſe ratione moueret?
Ingenti domino ſervulus vnus erat;
Tam macer vt minimam poſſet vix ferre lacer-(nam:
Succurrit miſero caſus, opemq́; tulit.
Quatuor inſcripti portabant vile cadauer
Accipit infelix qualia mille rogus.
Hos comes inualidus ſubmiſſa voce precatur.
Vt quocunque velint, corpus inane ferant.
Permittatur * onus, ſtipataq́; tollitur altè * *opus.*
Grandis in anguſta ſarcina ſandapila.
Hic mihi de multis vnus, Lucane, videtur,
Cui merito dici, mortue Galle, poteſt.

In Callicum. LXXI.

Dic verum mihi, Marce, dic amabo:
Nil eſt quod magis audiam libenter.
Sic & cùm recitas tuos libellos,
Et cauſſam quoties agis clientis,
Oras, Gallice me rogaſque ſemper.
Durum eſt me tibi, quod petis, negare.
Vero verius ergo quid ſit, audi:
Verum Gallice, non libenrer audis.

Ad Liberum amicum. LXXII.

Liber amicorum dulciſſima cura tuorum,
Liber in æterna viuere digne roſa:
Si ſapis, Aſſyrio ſemper tibi crinis amomo
Splendeat, & cingant florea ſerta caput.

Qui ſic vel medio finitus * vixerit æuo,
Longior huic facta eſt, quàm data vita fuit.

De ludis Stellæ. LXXIII.

Quos cuperet Phlegræa ſuos victoria ludos,
Indica quos cuperet pompa, Lyæe, tuos.
Fecit Hyperborei celebrator, Stella, triumphi,
O pudor, ô pietas, & putat eſſe parum.
Non illi ſatis eſt turbato ſordidus auro
Hermus, & Heſperio qui ſonat orbe Tagus.
Omnis habet ſua dona dies nec* linea diues
Ceſſat, & in populum multa rapina cadit.
interpretatur 1. *ſcenam al. Turnebus. alit. Bu-lengerus, de quo in commentario.*
Nunc veniunt ſubitis laſciua numiſmata nimbis
Nunc dat ſpectatas teſſera larga feras.
Nunc implere ſinus ſecuros gaudet, & abſens
Sortitur dominos, * nec laceratur auis.
Quid numerem currus, ter denaq; præmia palmæ
Quæ dare non ſemper conſul vterque ſolet:
Omnia ſeu, Cæſar, tanto ſuperantur honore,
Quod ſpectatorem te tua laurus* habet.

Ad Domitianum. LXXIV.

Sanctorum nobis miracula reddis auorum
Nec pateris, Cæſar, ſæcula cana mori.
Cum veteres Latiæ ritu * renouantur arenæ,
Et * pugnat virtus ſimpliciore manu.
Sic priſcis ſeruatur honos, te præſide templi,
Et caſa tum culto ſub Ioue numen habet.
Sic noua dum condis, reuocas, Auguſte priora:
Debentur, quæ ſunt, quæque fuêre tibi.

In

* *vixit in æuo.*
* *Lipſius in Notis Orcheſtram*
* *V. ne læretur.*
* *V. amat.*
* *reuentur.*
* *pugnet*

In Gellam. LXXV.

Non per myſtica ſacra † Dindymenes,
Nec per Niliacæ boue miuuencæ,
Nullos denique per deos, deaſque
Iurat Gellia: ſed per vniones.
Hos amplectitur, hos deoſculatur,
Hos fratres vocat, & vocat ſorores,
Hos natis amat acrius duobus.
His ſi quo careat miſcella caſu,
Victuram negat eſſe ſe nec horam
Eheu quàm benè nunc, Papiriane,
Annei faceret manus Sereni.

† Cybeles per quã iurare ſolebat.

Ad Domitianum. LXXVI.

Dante tibi turba querulos, Auguſte libellos,
Nos quoq; qui domino carmina parua damus,
Poſſe Deum rebus pariter, Muſiſq; vacare
Scimus, & hæc etiam ſerta placere tibi.
Nos tua cura prior, deliciæque ſumus,
Non quercus te ſola decet, nec laurea Phœbo:
Fiat & ex edera ciuica noſtra tibi.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.

LIBER IX.

AVe mi Toranni, frater cariſſime epigramma quod extra ordinem paginarum eſt, ad Stertinium clariſſimum virum ſcripſimus, qui imaginem meam ponere in bibliotheca ſua voluit. De quo ſcribendum tibi putaui, ne ignorares Avitus iſte quis vocaretur. Vale & para hoſpitium.

Ad Auitum. I.

†V. la tè lucebis.

NOn † te letabis ſublimi pectore vates,
Cui referet ſerus præmia digna cinis.
Hoc tibi ſub noſtra breue carmen imagine viuat.
Quam non obſcuris iungis, Auite, viris.
Ille ego ſum nulli nugarum laure ſecundus.
Quem non miraris, ſed puto lector amas,
Maiores maiora ſonent: mihi parua locuto
Sufficit in veſtras ſæpe ridere manus.

De templo Flauiæ gentis. II.

Dum Ianus hyemes, Domitianus autumnos,
Auguſtus annis commodabit æſtates:
Dum grande famuli nomen aſſerit Rheni
Germanicarum magna lux Kalendarum:
Tarpeia † ſummi ſaxa dum † patris ſtabunt:
Dum voce ſupplex, dumq; thure placabit
Matrona † diues dulce † Iulium † numen:
Manebit altum Flauiæ decus gentis,
Cum ſole & aſtris, cumque luce Romana,
Inuicta quicquid condidit manus, † cœlum eſt.

†V. ſummo
†patri.
†V. diua.
† Iuliæ.
† nomẽ.
† V. cœli eſt.

Ad Domitianum. III.

Quantum iam ſuperis, Cæſar, cœloq; dediſti,
Si repetas & ſi creditor eſſe velis;
Grandis in æthereo licet actio fiat Olympo,
Coganturq; Dei vendere, quicquid habent:
† Conturbabit Atlas, & non erit vncia tota
Decidat tecum qua pater ipſe Deûm.
Pro capitolinis quid enim tibi ſoluere templis,
Quid pro Tarpeiæ † frondis honore poteſt?
Quid pro culminibus geminis matrona Tonantis?

†Non erit ſoluendo tamen.
† lauro & quercu.

Palla-

Pallada prætereo: res agit illa tuas. (nas.
Quid loquar Alciden, Phæbumq; piosq; Laco-
Addita quid Latio Flauia templa polo?
Expectes & sustineas, Auguste, necesse est:
Nam tibi quod soluat, non habet arca Iouis.

In Paullam. IV.

Nubere vis Prisco, non miror, Paulla: sapisti.
Ducere te non vult Priscus: & ille sapit.

In Afrum, V

Dicere te Libicis reduci tibi gentibus, Afer,
Continuis volui quinque diebus AVE.
Non vacat, aut dormit, dictum bis terqué reverso?
Iam satis est: non vis, Afer, auare, VALE.

Ad Bithynicum. VI.

Nil tibi legauit Fabius, Bithynice, cui ru
Annua si memini, millia sæua dabas.
Plus nulli dedit ille: queri, Bithynice, noli:
Annua legauit millia sena tibi.

In Cantharum. VII.

Cœnes, Canthare, cum foris libenter,
Clamas, & maledicis, & minaris.
Deponas animos truces, monemus.
Liber non potes, & gulosus esse.

De Earino Domitiani. VIII.

Nomen cum violis rosisque natum
Quo pars optima † nuncupatur anni,
Hyblam quod sapit, Atticosque flores,
Quod nidos olet alitis superbæ:
Nomen nectare dulcius beato,
Quo mallet Cybeles puer vocari,

De hoc Statius in Syluis 3.
† V. nominatur

Et qui pocula temperat Tonanti:
Quid ſi Parrhaſia ſones in aula,
Reſpondent Veneres Cupidineſque:
Nomen nobile, molle delicatum,
Verſu dicere non rudi volebam:
Sed tu ſyllaba contumax repugnas.
Dicunt, Eari non tamen poëtæ,
Sed Græci quibus eſt nihil negatum,
Et quos ἄρες ἄρες decet ſonare:
Nobis non licet eſſe tam diſertis,
Qui muſas colimus ſeueriores.

De eodem. IX.

Si daret autumnus mihi nomen, ὀπώρινος eſſem
Horrida ſi brumæ ſidera, χειμέρινος.
Dictus ab æſtiuo θέρινος mihi menſe vocarer.
Tempora cui nomen verna dedêre, quis eſt?

De eodem. X.

Nomen habes, teneri quod tempora nuncupat anni,
Cùm breue Cecropiæ vel populantur apes.
Nomen, Accedallia meruit quod arundine pingi,
Quod Cytheræa ſua ſcribere gaudet acu.
Nomen Erythræis quod littera facta lapillis,
Gemma quod Héliadum pollice trita notet.
Quod penna*ſcribente grues ad ſidera tollant.
Quod decet in ſola Cæſaris eſſe domo.

** al. ex M.S. legunt, ſtridente.*

In fictos amicos. XI.

Nunc, quem cœna tibi, quem menſa parauit amicum,
Eſſe

Esse putas fidæ pectus amicitiæ? * V. mullos.
Aprum amat, &* mulos, & sumen, & ostrea: non te,
Tam benè si cænem, noster amicus *eris. *V.erit.

De Chloë. XII. * V. scelerata.
Inscripsit tumulo septem * celebrata virorum
Se * fecisse, Chloë: quid pote simplicius? * CHLO.
E FECIT, *id est, cecidit septem viros, vt poëta interpretatur.*

De coma Earini. XIII.
Consilium formæ speculum, dulcesq; capillos
Pergameo posuit dona sacrata Deo.
Ille puer * tanto domino gratissimus * aula, * tantæ.
Nomine qui signent tempora verna suo. * aulæ.
Felix, quæ tali censetur munere tellus,
Nec Ganymedeas mallet habere comas.

Ad Æsculapium. XIV.
Latonæ venerande nepos, qui mitibus herbis
Parcarum exoras pensa, breuesquè colos:
Hos tibi laudatos dominorum voce capillos
Ille tuus Latia misit ab vrbe puer
Addidit & nitidum sacratis crinibus orbem,
Quo felix facies * judice tota fuit. * indice.
Tu juvenile decus serua ne pulchrior ille
In longa fuerit, quàm breuiore coma.

Ad Cæsarem Domitianum. XV.
Est mihi, sitq; precor, longum te præside, Cæsar
Rus minimum: parui sunt & in vrbe Lares.
Sed de valle breui. quas de sitientibus hortis,
* Cura laboratas antlia tollit aquas. * curua. al. curta.
Sicca domus queritur nullo se rore foueri,
Cùm

Cùm mihi vicino Martia fonte ſonet
Quam dederis Auguſte Penatibus vndam,
Caſtalis hæc nobis, aut Iouis imber erit.

In Sabellum. XVI.

Laudas balnea verſibus trecentis
Cœnantis bene Pontici, Sabelle.
Vis cœnare, Sabelle, non lauari.

Ad Domitianum. XVII.

Hæc quæ tota patet, tegiturque & marmore & auro
Infantis domini conſcia terra fuit.
Felix, quæ tantis ſonuit vagitibus, & quæ
Vidit raptantes, ſuſtinuitque manus.
Hic ſteterat veneranda domus, quam præſtitit orbi.
Quod Rhodos, aſtrifero quod pia Creta polo
* Cretenſes texêre Iouem trepitantibus armis
Semiuiri poterant qualia ferre Phryges.
At te protexit ſuperûm pater, & tibi, Cæſar,
Pro iaculo, & parma, fulmen & ægis erat.

* *Contexère Iouem Cretes.*

Ad Paſtorem. XVIII.

Credis ob hoc me paſtor opes fortaſſe rogare,
Propter quod vulgus, craſſaq; turba rogat?
Vt Setina meos conſumat gleba ligones
Et ſonet innumera compede Tuſcus ages,
Vt Mauri Lybicis centum ſtent dentibus orbes,
Et crepet in noſtis aurea lamna toris:
Nec labris niſi magna meis cryſtalla terantur,
Et faciant nigras noſtra Falerna niues:
Et canuſinatus noſtro Syrus * aſſere ſudet,
Et mea ſit culto ſella cliente frequens:

* *lecticã intelligit quam ſerui gu-*

Vt luculenta linat Tyrias mihi mula lacernas, *ſtabant.*
Et * Maſſyleum virga gubernet equum. **Maſſy-lameũ.*
Eſt nihil ex iſtis: ſuperos, ac ſidera teſtor.
Ergo quid? vt donem, Paſtor & ædificem,'

Ad Carum, XIX.

O cui virgineo flaueſcere contigit auro,
Dic vbi Pallatium ſit tibi, Care, decus?
Adſpicis & domini fulgentes marmore vultus.
Venit ad has vltro noſtra corona comas.
Albanæ liuere poteſt pia quercus oliuæ,
Cinxerit inuictum quod prior illa caput.

Ad eundem. XX.

Quis Pallatinos imitatus imagine vultus
Phidiacum Latio marmore vicit ebur?
Hæc mundi facies, hæc ſunt Iouis ora ſereni:
Sic tonat ille Deus, cùm ſine nube tonat.
Non ſolum tribuit Pallas tibi, Care, Coronam, **V. co-lit.*
Effigiem domini quam * colis illa dedit.

De Nerua. XXI.

Audet facundo qui carmina mittere Neruæ,
Pallia donauit glaucina Coſme tibi.
Pæſtano violas, & cana liguſtra colono,
Hyblæis apibus Corſica mella dabit,
Sed tamen & paruæ nonnulla eſt gratia Muſæ:
Appetitur poſito * vilis oliua lupo. **V. ju-gis.*
Nec tibi ſit mirum, modici quod conſcia vatis.
Iudicium * metuat noſtra Thalia tuum. **V. me-tuit.*
Ipſe tuas etiam veritus Nero dicitur aures,
* Laſcivum juuenis cùm tibi luſit opus. **Laſci-vus.*

Epitaphium Latini, XXII.

Dulce decus ſcenæ, ludorum fama, Latinus,

Ille ego ſum plauſus, deliciæq; tuæ:
Qui ſpectatorem potui feciſſe Catonem,
Soluere qui Curios Fabricioſque graues.
Sed nihil à noſtro ſumpſit mea vita theatro,
Et ſola tantum ſcenicus arte feror:
Nec poteram gratus domino ſine morib⁹ eſſe:
Interius mentes ſuſpicit ille deus,
Vos me laurigeri paraſitum dicite Phœbi,
Roma ſui famulum dum ſciat eſſe Iouis.

Epitaphium * *Philænis.* X X I I I.

Sæcula Neſtoreæ permenſa, Philæni, ſenectæ
Rapta es ad infernas tam citò Ditis aquas?
Euboicæ nondum numerabas longa Sibyllæ
Tempora, maior erat menſibus illa tribus,
Heu quæ lingua ſilet, non illam mille cataſtæ
Vincebant, nec quæ turba Serapin amat:
Nec matutini cirrata caterua magiſtri,
Nec quæ Strymonio de grege ripa ſonat.
Sit tibi terra leuis mollique tegaris arena,
Ne tua non poſſint eruere oſſa canes.

De Antiſtio Ruſtico. X X I V.

Cappadocum ſæuis Antiſtius occidit oris.
Ruſticus ô triſti crimine terra nocens.
Rettulit oſſa ſinu cari Nigrina mariti,
Et quæſta eſt longas non ſatis eſſe vias:
Cumq; daret ſanctam tumulus, quibus inuidet vrnam,
Viſa ſibi eſt rapto bis viduata viro.

* *De Vibij voto.* X X V.

Dum comes Arctois hæreret Cæſaris armis
*Vebius, hanc Marti pro duce vouit auem.

* *V. ad Cæſarē de anſere.*
* *Vibius*

Luna

Luna quater binos non tota peregrat orbes,
Debita poſcebat iam ſibi vota Deus.
Ipſe ſuas anſer lætus properauit ad aras,
Et cecidit ſanctis hoſtia parua focis,
Octo vides patulo pendere numiſmata noſtro
Alitis? hæc extis condita nuper erant.
Quæ litat argento pro te, non ſanguine cæſa
Victima, iam ferro non opus eſſe docet,

Criſpus de quo Suetonius.

In laudem Domitiani. XXVI.

Iuppiter Idæi * riſit mendacia buſti,
Dum videt Auguſti Flauia templa * poli.
Atque inter menſas largo iam nectare fuſus,
Pocula cùm Marti traderet ipſe ſuo.
Reſpiciens Phœbum pariter, Phœbiq; ſororem
Cum quibus Alcides, & pius Arcas erat.
Cnoſſia vos, inquit, nobis monumenta dediſtis
Cernite quàm plus ſit Cæſaris eſſe patrem,

** videt Scortus legit.*
** tholi rectè Schort⁹.*

In Philomuſum. XXVII.

Artib⁹ his ſemper cœnam, Philomuſe, mereris
Plurima dum fingis, ſed quaſi vera refers.
Scis quid in Arſacia Pacorus deliberet aula,
Rhenanam numeras Sarmaticamq; manũ,
Verba ducis Daci * Cattis mandata reſignas.
Victricem laurum, quàm venit, antè vides.
Scis quoties Phario madeat Ioue Fuſca Syene:
Scis quota de Libyco littore puppis eat.
Cuius Iuleæ capiti naſcantur oliuæ,
Deſtinet æthereus cui ſua ſerta pater
Tolle tuas artes, hodie cœnabis apud me,
Hac lege, vt narres nil, Philomuſe, noui.

** alij chartis & veri⁹ legunt.*

Ad Agathinum. XXVIII.

Summa

† *V. laudas.* Sũma licet velox, Agathine, pericula † ludas,
Non tamen efficies, vt tibi parma cadat,
Nolentem sequitur tenuesq́; reuersa per auras,
Vel pede, vel tergo, clune, vel vngue sedet;
Lubrica Coyricio quamuis sint pulpita nimbo,
† *V. madidi.* Et rapiant † celeres vela negata Noti,
Securos pueri neglecta perambulat artus,
Et nocet artifici ventus, & vnda nihil.
Vt peccare velis, cùm feceris omnia falli
Non potes: arte opus est, vt tibi parma cadat.

De natali Cæsoniæ. XXIX.

Prima Palatino lux est hæc orta tonanti,
Optasset Cybele quâ peperisse Iouem.
† *V. Sancta meo.* Hac & † Santonici genita est, Cæsonia, *Rufi,
Plus debet † matri nulla puella † suæ.
† *V. Rufo.* Lætatur gemina votorum sorte maritus,
† *V. patri.* Contigit hunc illi quòd bis amare diem.

Ad Apollinem. XXX.

† *V. suo.* Campis diues, Apollo, sic † marinis,
† *V. Myrinis.* Sic semper senibus fruare cygnis,
Doctæ sic tibi seruiant sorores,
Nec Delphis tua mentietur vlli,
Sic pallatia te colant, amantque:
Bis senos citò me rogante fasces:
Det Stellæ bonus annuatq́; Cæsar.
Felix tunc ego, debitorque voti
Casurum tibi rusticas ad aras
Ducam cornibus aureis iuuencum,
Nata est hostia Phœbe, quid moraris?

De statua Herculis. XXXI.

Hic, qui dura sedens porrecto saxa leone

Miti-

Mitigat exiguo magnus in ære deus,
Quæque tulit ſpectat reſupino ſidera vultu,
Cuius læua calet robore, dextra mero:
Non eſt fama recens, nec noſtri gloria cœli:
Nobile Liſippi munus, opuſque vides.
Hoc habuit Numen † Pellæi menſa tyranni — † *Alexandri M.*
Qui citò perdomito victor in † orbe iacet. — † *Vrbe ſed melius, orbe.*
Hunc puer ad Libycas iurauerat Hannibal aras
Iuſſerat hic Sylla ponere regna trucem:
Offenſus variæ tumidis terroribus aulæ,
Priuatos gaudet nunc habitare Lares.
Vtq; fuit quondam placidi conuiua Molorchi:
Sic voluit docti vindicis eſſe Deus,

De eadem ſtatua. XXXII.

† Alciden modò Vindicis rogabam, — † *Alcidos Lipſius. ſcribit.*
Eſſet cuius opus, laborque felix.
Riſit: nam ſolet hoc: leuique nutu,
Græcè numquid, ait, poëta neſcis?
Inſcripta eſt baſis, indicatque nomen.
Αυσίππου lego, Phidiæ putaui.

Ad Marcellinum. XXXIII.

Miles Hyperboreos modò Marcelline, Triones, — † *Getica*
Et † Gotici tuleris ſidera pigra † poli. — † *polo.*
Ecce Prometheæ rupes, & fabula montis
Quàm propè ſunt oculis nunc adeunda tuis.
Videris immenſis cùm conclamata querelis
Saxa ſenis, dices, durior ille fuit.
Et licet hoc addas: potuit qui talia ferre
Humanum meritò finxerat ille genus.

In Gellium. XXXIV.

Gellius ædificat ſemper; modò limina ponit,

Nunc

Nunc foribus claues aptat, emitque feras:
Nunc has nunc illas * mutat, reficitq; fenestras
Dum tamen ædificet, quilibet ille facit.
Oranti nummos vt dicere possit amico,
Vnum illud verbum, Gellius, ædifico.

* frangit.

In Gallicum. XXXV.

Hæredem cùm me partis tibi, Gallice, quartæ
Per tua iurares, sacra, caputq; tuum,
Credidimus, (quis enim damnet sua vota libenter?)
Et spem muneribus fouimus vsque datis:
Inter quæ rari Laurentem ponderis aprum
Misimus, Ætola de Calidone putes.
At tu continuò populumque, patresq; vocasti:
Ructat adhuc aprum *callida Roma meum.
Ipse ego (quis credat?) conuiua nec vltimus hæsi:
Sed nec costa data est, caudaue missa mihi.
De quadrante tuo quid sperem, Gallice: nulla
De nostro nobis vncia venit apro.

*candida, alter pallida.

De toga à Parthenio sibi data. XXXVI.

Hæc est illa meis multùm cantata libellis,
Quam meus ediderit lector amatq; togam.
Partheniana fuit, quondam memorabile vatis
Munus: in hac ibam conspiciendus eques.
Dum noua, dum nitida * fulgebat splendida lana
Dumque erat auctoris nomine digna sui:
Nunc anus, & tremulo vix accipienda tribuli,
Quam possis niueam * dicere iure tuo.
Quid non lõga dies, quid non cõsumitis anni?
Hæc

* Splendebat fulgida.

* ducere.

Hæc toga iam non eſt Partheniana: mea eſt.

In Gaurum. XXXVII.

Ingenium mihi, Gaure, probas ſic eſſe puſillũ,
Carmina quòd faciam, quæ breuitate placẽt:
Confiteor: ſed tu bis denis grandia libris,
Qui iſcribis Priami prælia, magnus homo es.
Nos facimus Bruti puerum, nos Lagona vivum
Tu magnus luteum, Gaure, Giganta facis.

De Lucano & Tullo. XXXVIII.

Quid ſemper ſuperos inuito fratre rogâſti,
Hoc, Lucane, tibi contigit ante mori.
Inuidet ille tibi. Stygias * nam Tullus ad vndas
Optabat quamuis ſit minor, ire prior:
Tu colis Elyſios, nemoriſq; habitator amœni.
Eſſe tuo primum nunc ſine fratre cupis.
Et ſi iam nitidis alternos venit ab aſtris
Pro Polluce mone Caſtora, ne redeat.

* *modo raptus.*

Ad Quinctum. XXXIX.

Si credis mihi, Quincte, * quod mereris,
Natales Ouidi tuos Apriles,
Vt noſtras amo Martias Kalendas.
Felix vtraque lux, dieſque nobis,
Signandi melioribus lapillis.
Hic vitam tribuit, ſed hic amicum:
Plus dant, Quincte, mihi tuæ Kalendæ.

* *ne mereris.*

Ad Eundem. XL.

Natali tibi Quincte, tuo dare parua volebam
Munera, tu prohibes: imperioſus homo es.
Parendum eſt monitis; fiat quod vterq; iubem⁹
Et quod vtrumq; iuuat; tu mihi, Quincte, da-(to,

Ad Cognatum. XLI.

Si

Si mihi Picena turdus palleret oliua,
Tenderet aut noſtras ſylua Sabina plagas.
Aut creſcente vadis traheretur arundine præda.
Pinguis & implicitas virga teneret aues.
** Clara* * Cara daret ſolenne * tibi cognatio munus,
** mihi.* Nec frater * vobis nec prior eſſet auus.
** nobis.* *Nunc ſturnos inopes, fringillarũq; querelas,
** Hunc.* Audit, & arguto paſſere vernat ager.
Inde ſalutatus picæ reſpondit arator:
Hinc prope ſumma rapax milvꝰ in aſtra volat
Mittimus ergo tibi paruæ munuſcula cortis,
Qualia ſi recipis, ſæpe propinquus eris.

Ad Flaccum. XLII.

Luce propinquorum, qua plurima mittitur ales
Dum Stellæ turdos, dum tibi, Flacce, paro:
Succurrit nobis ingens, oneroſaque turba,
In qua ſe primum quiſq; meumque putat.
Demeruiſſe duos, votum eſt: offendere plures
Vix tutum: multis mittere dona, graue.
Qua poſſum ſola veniam ratione merebor:
Nec ſtellæ turdos nec tibi, Flacce dabo.

Ad Nympham. XLIII.

Nympha ſacra regina lacus cui grata Sabinus,
Et manſura pio munere templa dedit.
Sic montana tuos ſemper colat Vmbria fõtes,
Nec tua Baianas Sarſina malit aquas:
Excipe ſollicitos placidè mea dona libellos:
Tu fueris Muſis Pegaſis vnda meis.
Nympharum templis quiſquis ſua carmina donat,
** docet.* Quid fieri libris debeat ipſe * monet,

In Mamurram. XLIV.

In ſeptis Mamurra diu multumq; vagatus.
(Hic vbi Roma ſuas aurea vexat opes)
Expendit veteres calathos, & ſi qua fuerunt
Pocula, Mentorea nobilitata manu,
Et virides picto gemmas numerauit in auro,
Quicquid & in niuea grandius aure ſonat.
Sardonychas veros menſa quæſiuit in omni,
Et pretium magnis fecit Iaſpidibus,
Vndecima laſſus cum iam diſcederet horas,
Aſſe duos calices emit, & ipſe tulit.

De corona roſea. XLV.

Seu tu Pæſtanis genita es, ſeu Tiburis aruis,
Seu rubuit tellus Tuſcula flore tuo:
Seu Præneſtino te villica legit in horto,
Seu modò campani gloria ruris eras:
Pulcrior vt noſtro videare corona, Sabino,
De Nomentano te putet eſſe meo.

De Platano Cordubenſi. XLVI.

In Tarteſſiacis domus eſt notiſſima terris,
Qua diues placidum Corduba Bætin amat:
Vellera natiuo pallent vbi flaua metallo,
Et linit Heſperium bractea viua pecus,
Ædibus in mediis totos amplexa penates
Stat platanus denſis Cæſariana comis:
Hoſpitis inuicti poſuit quam dextera felix,
Cœpit & ex illa creſcere virga manu.
Auctorem, dominumq;* nemus ſentire videtur
* dominumq; ſuum.
Sic viret, & ramis ſidera celſa petit.
Sæpe ſub hac madidi luſerunt arbore Fauni,
Sæpe ſub hac latuit ruſtica fronde Dryas.

Dumq; fugit solos nocturnum Pana per agros,
Terruit, & tacitam fistula sera domum.
Atque oluêre Lares commessatore Lyæo,
Creuit & effuso lætior vmbra mero.
*Hesternisq; rubens delecta est herba coronis,
Atque suas potuit dicere nemo rosas.
O dilecta deis, ô magni Cæsaris arbor,
Ne metuas ferrum, sacrilegosque focos.
Perpetuos sperare licet tibi frondis honores:
Non Pompeianæ te posuêre manus.

*al Externisque.

* *De Philæni,* XLVII.

*al. de Philænide.

Tinctis murice vestibus quòd omni.
Et nocte vtitur, & die Philænis,
Non est ambitiosa, nec superba:
Delectatur odore, non colore.

De statua Domitiani. XLVIII.

Herculis in magni vultus descendere, Cæsar,
Dignatus Latiæ dat noua templa viæ,
Qua Triuiæ numerosa petit dum regna viator
Octavum domina marmor ab vrbe legit.

De eadem statua. XLIX.

Antè colebatis votis, & sanguine largo
Maiorem Alciden, nunc minor iste colit.
Hunc magnas rogat alter opes, negat alter honores;
Illi securus vota minora facit.

Ad Herculem de eadem statua. L.

Alcide Latio nunc agnoscende tonanti.
Postquam pulchra Dei Cæsaris ora geris,
Si tibi nunc isti cultus habitusque fuissent,
Cesserunt manibus cum fera monstra tuis,
Argolico famulum non te seruire tyranno

Vidis-

Vidiſſent gentes, ſæuaque regna pati.
Sed tu iuſſiſſes Euryſthea, nec tibi fallax
Portaſſet Neſſi perſida dona Lichas.
OEtæi ſine lege rogi ſecurus adiſſes
Aſtra patris ſummi, quæ tibi pæna dedit.
Lydia nec dominæ traxiſſes penſa ſuperbæ:
Nec ſtyga vidiſſes, Tartareumque canem.
Nunc tibi Iuno fauet, nunc te tua diligit Hebe:
Nunc te ſi videat nympha, remittat Hylan.

In magiſtrum ludi. LI.

†Quid tibi nobiſcũ eſt ludi ſcelerate, magiſter, †*al. Quo tibi.*
Inuiſum pueris. virginibuſque caput.
Nondum criſtati rupére ſilentia galli:
Murmure iam ſæuo, verberibuſque tonas.
Tam graue percuſſis incudibus æra reſultant,
Cauſidicum medio cum faber aptat equo,
Mitior in magno clamor furit amphitheatro.
Vincenti parmæ cum ſua turba fauet.
Vicini ſomnum non tota nocte rogamus:
Nam vigilare leue eſt, peruigilare graue.
Diſcipulos dimitte tuos, vis garrule quantum
Accipis, vt clames, accipere vt taceas?

In Cæcilianum. LII.

Dixerat ô mores ô tempora Tullius olim
Sacrilegum ſtrueret cum Catilina nefas:
Cùm gener, atq; ſocer diris concurreret armis,
Mæſtaque ciuili cæde maderet humus.
Cur nunc ô mores, cur nunc ô tempora dicis?
Quod tibi non placeat, Cæcilane, quid eſt?
Nulla ducum feritas, nulla eſt inſania ferri:
Pace frui certa, lætitiaque licet.

Non noſtri faciunt, tua quòd tibi tempora ſor-
Sed faciunt mores, Cæciliane, tui. (dent,

De leone & ariete. LIII.

Maſſyli leo fama iugi, pecoriſque maritus
Lanigeri, mirum, qua poſuêre fide.
Ipſe licet videas, cauea ſtabulantur in vna,
Et pariter ſocias carpit vterque dapes.
Nec fætu nemorum gaudent, nec mitibus herbis:
*ſociat. Concordem * ſatiat, ſed rudis agna feram.
Quid metuit terror Nemees, quid portitor Hel-
Vt niteant celſi lucida ſigna poli? (le
Sidera ſi poſſent, pecudeſq; feræq; mereri,
Hic aries aſtris, hic leo dignus erat.

Ad Liberum Amicum. LIV.

Liber Amyclæa frontem redimite corona,
Qui quatis Auſonia verbera Graia manu,
Clauſa mihi texto cum prandia vimine mittas
Cur comitata dapes nulla lagena venit?
At qui digna tuo ſi nomine munera ferres,
Scis puto debuerint quæ mihi dona dari.

In ſutorem. LV.

Dentibus antiquas ſolitus producere pelles:
Et mordere luto putre vetuſque ſolum:
Præneſtina teres defuncti rura patroni,
In quibus indignor ſi tibi cella fuit.
At me litterulas ſtulti docuêre parentes:
Quid cum Grammaticis, Rhetoribuſq; mihi
*V. quæ Frange leues calamos, & ſcinde Thalia libel-
ſutor. Si dare * ſutori calceus iſte poteſt. (los
*De Ca- ** De effigie Camoni. LVI.*

Ef-

Effigiem tantùm pueri pictura Camoni *mono puero.*
Seruat, & infantis * prima figura manet. ** V. paruo.*
Florentes nulla ſignauit, imagine vultus,
Dum timet ora pius muta videre pater.

De balneo Tuccæ. LVII.

Non ſilice duro, ſtructiliue cæmento
Non latere cocto, quo Semiramis longam
Babylona cinxit, Tucca balneum fecit:
Sed ſtrage nemorum, pineaq; compage,
Vt nauigare Tucca balneo poſſit.
Idem beatas lautus extruit thermas,
De marmore omni quòd Caryſtos inuenit,
Quod Phrygia ſiue Afra quod Nomas mittit,
Et quod virenti fonte lauit Eurotas,
* Sed ligna deſunt: ſubjice balneum thermis. ** V. ſi.*

De effigie Camoni. LVIII.

Hæc ſunt illa mei, quæ cernitis ora, Camoni:
Hæc pueri facies, primaque forma fuit.
Creuerat hic vultus bis denis fortiter annis,
Gaudebatq; ſuas pingere barba genas:
Et libata ſemel ſummos modò purpura cultus
Sparſerat: incidit de tribus vna ſoror,
Et feſtinatis incidit ſtamina penſis,
Abſentemque patri rettulit vrna regum.
Sed ne ſola tamen puerum pictura loquatur,
Hoc erit in chartis maior imago meis.

* *De Conuiuio Priſci.* LIX.

Quod optimum ſit, diſputat, conuiuium, ** Quale velit eſſe conuiuium.*
Facunda, Priſci pagina:
Et multa dulci, multa ſublimi refert,
Sed cuncta docto pectore,

Quod optimum ſit quæritis conuiuium?
 In * quod cheraules non * venit.

Ad Picentinum. L X.

Funera poſt ſeptem nupſit tibi Galla virorum
 Picentine, ſequi vult puto Galla viros.

Ad Domitianum. L X I.

Oderat antè ducum famulos, turbãq; * mino-
 Et Pallatinum Roma ſupercilium: (rem.
At nunc tantus amor cunctis Auguſte tuorum.
 Et ſic cuiq; ſua cura ſecunda domus. (ſtri:
Tam placidæ* mentes, tanta eſt reuerẽtia* no-
 Tam pacata quies, tantus in ore pudor.
Nemo ſuos (hæc eſt aulæ natura potentis)
 Sed domini mores Cæſarianus habet.

Ad Aulum. L X I I.

Lector & auditor noſtros probat, Aule, libellos:
 Sed quidam * exactos eſſe poëta negat.
Non nimium curo. nam cœnæ fercula noſtræ
 Malim conuiuis, quam placuiſſe cocis.

* *In Cinnam.* L X I I I.

Dixerat Aſtrologus periturum te citò,* Cinna;
 Nec puto mentitus dixerat * ille mihi.
Nam te dum metuis, nec quid poſt fata relin-
 Hauſiſti patrias luxurioſus opes. (quas,
Bis * quartum decies, non toto tabuit anno:
 Dic mihi non hoc eſt, * Cinna, perire citò?

Ad Cæſarem Domitianum. L X I V.

Inter tanta tuæ miracula, Cæſar, arenæ.
 Quæ vincit veterum munera clara ducum,
Multum oculi, ſed plus aures debere fatentur,
 Sed tibi, quòd ſpectant, qui recitare ſolent,

Ad

Marginal notes: * *quo.* * *venit.* * *V. priorem* * *V. mẽtis.* * *V. veſtri.* * *excoctos, decoctius dixit. Perſius hoc intellectu.* * *Ad Nunnã.* * *V. Nunna.* * *V. illa tibi.* * *flagitioſa ſcriptura emendabiſq; tuum.* * *V. Nunna*

Ad Norbanum. LXV.

Cùm tua ſacrilegos contra, Norbane, furores
 Staret pro domino Cæſare ſancta fides :
Hæc ego Pieria ludebam tutus in vmbra,
 Ille tuæ cultor notus amicitiæ.
Me tibi Vindelicis raptum narrabat in oris,
 Neſcia nec noſtri nominis Arctos erat,
O quoties veterem non inficiatus amicum
 Dixiſti meus eſt iſte poëta, meus !
Omne tibi noſtrum, quod hic trieteride juncta
 Antè dabat lector, nunc dabit auctor opus. * *Ad Atilium.*

* *De Paullo.* LXVI. * *V. conuiuas.*

Languidior noſter ſi quando eſt, Paullus, Atili,
 Non ſe * conuiuis abſtinet ille * ſuis,
Tu languore quidem ſubito, fictoque laboras,
 Sed mea * porrexit, ſportula, Paulle, pedes. *V. *ſuos*

De filio Silij. LXII. *tua eſt. Plin. minor l. 1. ep. 7..*

Feſtinata * ſui gemeret * cùm fata Seueri
 Silius, Auſonio non ſemel ore potens :
Cum grege Pierio mæſtus, Phæboq? querebar,
 Ipſe meum fleui dixit Apollo, Linon. *V. *ſibi*
Reſpexitque ſuam quæ ſtabat proxima fratri * *V. quod.*
 Calliopen, & ait, tu quoque vulnus habes.
Adſpice Tarpeium, Pallatiniumque tonantem.
 Auſa nefas Lacheſis læſit vtrumque Iouem.
Numina cùm videas duris obnoxia fatis,
 Inuidia poſſis exonerare deos.

Ad Lupercum. LXVIII.

Septem poſt calices Opiniani
Denſo cùm iaceam triente blæſus,
Aufers neſcio quas mihi tabellas,

Et dicis, modo liberum esse iussi.
(† *V. Zonas.*) † Zenas servulus est mihi paternus:
Signa cras melius, Luperce, fiet.
Non signat meus annulus lagenam.

Ad Rufum. L X I X.

Dum me captares, mittebas munera nobis:
Postquam cepisti das mihi, Rufe, nihil,
Vt captum teneas, capto quoq; munera mitte,
De cauea fugiat ne malè pastus aper.

Ad Stellam. L X X.

(† *V. conuiuas. tale est apud Sidonium.*) Lege nimis dura † conuiuam scribere, versus
Cogis, Stella, licet scribere, nempe malos.

Ad Flaccum. L X X I.

(† *V. florido.*) Sic in gramine † floreo † recliuis,
(† *reclinis*) Qua gemmantibus hinc & inde riuis,
Curua calculus excitatur vnda,
Exclusis procul omnibus molestis,
(† *V. Perfundo.*) † Perfundas glaciem triente nigro
Frontem futilibus ruber coronis:
Infamem nimio calore Cypron
Obserues moneo precorque, Flacce,
(† *fuluo.*) Messes area cùm teret crepantes,
(† *V. leoni*) Et † fului iuba sæuiet † leonis.
At tu diua Paphi remitte nostris
Illæsam iuuenem, remitte votis.
Sic martis tibi seruiant Kalendæ,
Et cum thure meroque, victimaque
Libetur tibi candidas ad aras
Secta plurima quadra de placenta.

Adulatur Domitiano. L X X I I.

Ad cœnam si me diuersa vocaret in astra

Hinc

Hinc inuitator Cæſaris, inde Iouis,
Aſtra licet propius, Pallatia longius eſſent,
Reſponſa ad ſuperos hæc referenda darem:
Quærite qui malit fieri conuiua Tonantis:
Me meus in terris Iuppiter ecce tenet.

Ad Condylum. LXXIII.

Quæ mala ſunt domini, quam ſerui commoda * neſcis. *al. quæris.
Condyle * qui ſervum te gemis eſſe diu. * cum.
Dat tibi ſecuros vilis lecticula ſomnos:
Peruigil in pluma Caius ecce iacet.
Caius à prima tremebundus luce ſalutat
Tot dominos, at tu, Condyle nec dominum.
Quod debes, Cai, redde inquit Phœbus, & illinc
Cinnamus: hoc dicit, Condyle, nemo tibi,
Tortorem metuis? podagra, cheragraq́; ſecatur
Caius, & mallet verbera mille pati.

** Ad Calatiſſum. LXXIV.* * Ad Calociſum.

Addere quid ceſſas puer immortale Falernum?
Quadrantem duplica de ſeniore cado.
Nunc mihi dic, quis eris, cui te, * Calatiſſe deorum * Ad Calathiſſe.
Sex iubeo cyathos fundere? Cæſar erit.
Sutelis aptetur decies roſa crinibus, vt ſit
Qui poſuit ſacræ nobile gentis opus.

De Hippocrate. LXXV.

*Santonica medicata dedit mihi pocula virga: * Sardos
Os hominis mulſum me rogat Hippocrates.
Tam ſtupidus numquid, nec tu puto Glauce, fuiſti,

Chalcea donanti Chryſea qui dederas.
Dulce aliquis munus, pro munere poſcit ama-
Accipiat, ſed ſi potat in elleboro. (ro?

De Herode. LXXVI.

Clinicus Herodes trullam ſubduxerat ægro.
Deprenſus, dixit, ſtulte, quid ergo bibis?

Ad Iulium. LXXVII.

Rumpitur inuidia quidam, cariſſime, Iuli,
Quod me Roma legit, rumpitur in uidia.
Rumpitur inuidia, quod turba ſemper in omni
Monſtramur digito, rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, tribuit quod Cæſar vterq;
Ius mihi natorum, rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, quod rus mihi dulce ſub vrbe eſt,
Paruaq; in vrbe domus, rumpitur inuidia,
Rumpitur inuidia, quòd ſum iucundus amicis,
Quòd conuiua frequens, rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, quòd amamur, quodq́ue probamur?
Rumpatur, quiſquis rumpitur inuidia

Ad Ouidium. LXXVIII.

Vindemiarum non vbique prouentus
Ceſſauit Ouidi: pluuia † profluit grandis. († *V. profuit.*)
Centum Coranus amphoras aquæ fecit,

Ad Atticum de M. Antonio. LXXIX.

Marcus amat noſtras Antonius Attice Muſas,
Charta ſalutatrix ſi modò vera refert:
Marcus Palladiæ non infitianda Toloſæ,
Gloria, quem genuit pacis amica quies.

Ad Librum. LXXX.

Tu qui longa potes diſpendia ferre viarum,

I liber absentis pignus amicitiæ.
Vilis eras, fateor, si te nunc † mittere tento, †*al. mitteret emtor.*
Grande tui pretium muneris auctor erit.
Multum, crede mihi, refert † à fonte bibatur †*V. an.*
Qui fluit, an pigro quæ stupet vnda lacu.

Ad Bassum. LXXXI.

Denariis tribus inuitas; & mane togatum,
Obseruare iubes atria, Basse, tua:
Deinde hærere tuo lateri præcedere sellam,
Ad vetulas tecum plus minus † ire decem. †*salutatum dicis causa.*
Trita quidem nobis togula est, vilisq; putrisq;
Denariis tamen hanc non emo, Basse, trib9,

Adulatur Domitiano. LXXXII.

Appia, quā simili venerandus in Hercule, Cæsar
Consecrat Ausoniæ maxima fama viæ,
Si cupis Alcidæ cognoscere facta prioris,
Disce: Libyn domuit: aurea poma tulit:
Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo:
Addidit Arcadio terga leonis apro.
Æripedem syluis cervū, Scymphalidas vndis
Abstulit: à stygia cum cane venit aqua
Fæcundam vetuit reparari mortibus Hydram:
Hesperias Tusco lauit in amne boues.
Hæc minor Alcides, maior qui cesserit audi
Sextus ab Albana quem colit arce lapis.
Asseruit possessa malis Pallatia regnis.
Prima suo gessit pro Ioue bella puer.
Solus Iuleas cum iam retineret habenas,
Tradidit, inque suo tertius orbe fuit.
Cornua Sarmatici ter perfide contudit Istri:
Sudantem Getica ter niue lauit equum.

Sæpe recuſato Parthos duxiſſe triumphos.
Victor Hyperboreo nomen ab orbe tulit,
Templa deis, mores populis dedit, otia ferro,
Aſtra ſuis, cælo ſidera, ſerta Ioui.
Herculeum tantis numen non ſufficit actis:
Tarpeio Deus hic commodet ora patri.

Ad Phœbum. LXXXIII.

Quadringentorũ reddis mihi, Phœbe, tabellas
Centum da potius mutua, Phœbe tabellas.
Quære alium, cui te tam vano nomine iactes:
Quod tibi non poſſum ſoluere, Phœbe meum eſt.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.

LIBER X.

*V. videar.

SI nimius * videor, ſeraq; coronide longus
Eſſe liber: legito pauca, libellus ero.
Terque quaterque mihi finitur carmine paruo
Pagina facta tibi, quam cupis eſſe breuem.

Ad Lectorem. II.

Feſtinata prior decimi mihi cura libelli
Elapſum manibus nunc reuocauit opus.
Nota leges quædam ſed lima raſa recenti:
Pars noua maior erit: lector vtrique faue.
Lector opes noſtræ, quem cum mihi Roma dediſſet,
Nil tibi quod demus maius habemus ait.
Pigra per hunc fugies ingratæ flumina Lethes,
Et meliore tui parte ſuperſtes eris,

Marmora Messalæ findit caprificus, & audax
Dimidios Crispi mulio ridet equos. *V. prosunt.*
At chartis nec furta nocent, nec sæcula * præ-
sunt,
Solaq; non norunt hæc monumenta mori.

Ad Priscum. III.

Vernaculorum dicta, sordidum dentem.
Et fœta linguæ probra circulatricis,
Quæ sulphurato nolit empta ramento ** proxenata.*
Vatiniorum * proxineta * fractorum. ** V. flagrorum.*
Poëta quidam * clancularius spargit, **V. clancularius*
Et vult videri nostra, credis hoc, Prisce,
Voce vt loquatur psittacus coturnicis,
Et concupiscat esse, *canus ascaules? ** Galla Imper. tibicen.*
Procul à libellis nigra sit meis fama,
Quos rumor alba gemmeus vehit penna.
Cur ego laborem notus esse tam prauè,
* Cum stare gratis cum * silentio possim? **V. Cõstare.*

Ad Lectorem. IV.

Qui legis OEdipodem caligantemq; Thyesten, ** V. Silentium possit.*
Colchidas, & Scyllas, quod nisi mõstra legis?
Quid tibi raptus Hylas, quid Parthenopæus
& * Atys,
Quid tibi dormitor proderit Endymion? **al. Atis.*
Exutusue puer pennis labentibus, aut qui
Odit amatrices Hermaphroditus aquas?
Quid te vana iuvant miseræ ludibria chartæ?
Hoc lege, *quod possis dicere iure, meum est, ** V. quod possit dicere quisque*
Non hic cẽtauros, non Gorgonas, Harpyasq;.
Inuenies: hominem pagina nostra sapit.
Sed non vis Mamurra tuos cognoscere mores,

Nec ſe ſcire: legas ἄνλια Callimachi.

In maledicum poëtam. V.

Quiſquis ſtolæue, purpuræué contemptor,
Quos colere debet, læſit impio verſu:
Pontes per vrbis erret exul, & cliuos,
Interque raucos vltimus rogatores,
Oret caninas panis improbi buccas.
Illi December longus, & madens bruma,
† Clauſuſque fornix triſte frigus extendat. — † *Cluſuſque.*
Vocet beatos, clamitetque felices,
Orciniana qui feruntur in ſponda.
Et cùm ſupremæ fila venerint horæ,
Dieſque tardus, ſentiat canum litem,
Ambigatque moto noxias aues panno,
Nec finiantur morte † ſupplicis pœnæ: — † *al. ſimplicis melius.*
Sed modo ſeueri ſectus Æaci loris,
Nunc inquieti monte Siſyphi preſſus,
Nunc inter vndas garruli ſenis ſiccus,
Delâſſet omnès fabulas poëtarum,
Et cùm fateri Furia iuſſerit verum,
Prodente clamet conſcientia, *ſcripſi.*

De Aduentu Cæſaris. VI.

Felices quibus vrna dedit ſpectare coruſcum
Solibus Arctois ſyderibuſque ducem.
Quando erit illa dies, quo campus,& arbor & omnis
Lucebit Latia culta feneſtra nurus?
Quãdo moræ dulces,longuſq; à Cæſare puluis:
Totaque Flaminea Roma videnda via?
Quando eques, & picti tunica Nilotide Mauri
Ibitis, & populi vox erit vna, venit?

Ad Rhenum. VII.

Nym-

Nympharum pater, animumque Rhene, † Odry-
Quicunque † Othrysias bibunt pruinas, *sias.*
Sic semper liquidis † fruaris vndis, † *frue-*
Nec te barbara contumeliosi *ris.*
Calcatum rota conterat bubulci:
Sic & cornibus † aureus receptis, † *V. au-*
Et Romanus eas vtraque ripa: *ri es-*
† Traianum popuils suis, & vrbi, † *V. Tro*
Tibris te dominus rogat, remittas. *ianum.*

De Paulla. VIII.

Nubere Paulla cupit nobis; ego ducere Paullam † *quia*
Nolo: anus est. † vellem si magis esset anus. *citò fie-*

De se. IX. *rem hæ-*

Vndenis pedibusque syllabisque, *res illa*
Et multo sale, nec tamen proteruo, *mortua.*
Notus gentibus ille Martialis,
Et notis populis, quid inuidetis?
Non sum Andromene notior Caballo.

In Paullum. X.

Cùm tu laurigeris annum qui fascibus intras,
Mane salutator limina mille teras, (quis,
Hic ego quid faciam? quid nobis, Paulle relin-
Qui de plebe Numæ, densaque turba sumꝰ?
Qui me † respiciat, dominum regemq; vocabo? † *respicir-*
Hoc tu, sed quanto blandius ipse facis? *es.*
Lecticam. † sellamq; sequar? nec ferre recuso, † *V. sel-*
Per medium pugnas, sed prior ire lutum. *lamne.*
Sæpius assurgam recitanti carmina † tu stas,
Et pariter geminas tendis in ore manus,
Quid faciet pauper, cui non licet esse clientis † *V. te-*
† Diuisit nostras purpura vestra togas. *stis.*

In

In Calliodorum. XI.

** al. Perithoumque.* Nil aliud loqueris, quam Thesea, * Pyrithoumque
Teque putas Pyladi Calliodore parem.
Desperam, si tu Pyladi præstare matellam
** Perithoi.* Dignus es, aut porcos pascere * Pyrithoi.
Donaui tamen, inquis, amico millia quinque
** Et lotā multum,* Et lotam, * vt multum, terq; quaterq; togā
Quid, quòd nil vnquā Pyladi donauit Orestes?
Qui donat quamuis plurima, plura negat.

Ad Domitium. XII.

Æmiliæ gentes & Apollineas Vercellas,
Et Phaëtontei qui peris arua Padi,
** V. admitto, al. permuto.* Ne viuam, nisi te, Domiti,*permitto libenter,
Grata licet sine te sit mihi nulla dies.
Sed desiderium tanti est vt messe vel vna.
Vrbano releues colla perusta iugo.
** V. cum* I precor, & totos auida cute combibe soles.
Quam formosus eris, * dum peregrinus eris?
Et venies albis non agnoscendus amicis,
** V. Liuebitque* * Libabitque tuas pallida turba * genas.
** V. genis.* * Sed via quem dederit, rapiet citò Roma colorem,
Niliaco redeas tu licet ore niger,

Ad Tuccam. XIII.

** Te duce quem dederis* Cū cathedra litios portet tibi rheda ministros
Et libys in longo puluere sudet eques,
Strataque non vnas * cingant triclinia Baias,
** V. tangant.* Et thetis vnguento palleat vncta tuo,
Candida Setini rumpant crystalla trientes,
Dormitat in pluma nec meliore Venus:
** nec,* Vrere * non miserum cessant suspiria pectus.

Vis

Vis dicam. male ſit cur tibi, Tucca? bene eſt.

Ad Criſpum. XIV.

Cedere de noſtris nulli te dicis amicis.
Sed ſi vt hoc verum, quid rogo, Criſpe, facis
Mutua cùm peterem ſeſtertia quinq; negâſti.:
Non caperet nummos cùm grauis arca tuos,
Quando fabæ nobis modium farriſque dediſti?
Cùm tua Niliacus rura colonus aret?
Quando breuis gelidæ miſſa eſt toga tempore brumæ?
Argenti quando miſſa ſelibra mihi eſt?
Nil aliud video quo te credamus amicum,
Quam quòd me coram pedere, Criſpe, ſoles.

De Apro. XV.

Dotatæ vxori cor arundine fixit acuta:
Sed dum ludit Aper, † ludere nouit Aper. † *fladere.*

In Caium. XVI.

Si donare vocas promittere, nec dare, Cai.
Vincam te donis, muneribuſque meis.
Accipe Gallaicis quicquid fodit Aſtur in aruis
Aurea quicquid habet diuitis vnda Tagi.
Quicquid Erythræa niger inuenit indus in algâ
Quicquid & in nidis vnica ſeruat auis,
Quicquid Agenoreo Tyros improba cogit aëno
Quicquid habent omnes, accipe, quomodo (das

De Macro. XVII.

Saturnalicio Macrum fraudare tributo
Fruſtra Muſa cupis: non licet, ipſe petit.
Sollenneſque iocos, nec triſtia carmina poſcit,
Et quæritur nugas obticuiſſe meas.
Menſorum longis ſed nunc vacat ille libellis,

Appia

Appia quid facies si leget ista Macer?

De Mario. XVIII.

Nec vocat ad cænam Marius, nec munera mittit,
Nec spondet, nec vult credere: sed nec habet.
Turba tamen non deest, sterilem quæ curet amicum,
Heu quam perfatuæ sunt tibi Roma togæ.

Mittit librum suum ad Plinium. XIX.

Nec doctum satis & parum seuerum,
Sed non rusticulum nimis libellum,
Facundo mea Plinio Thalia
I, perfer: breuis est labor † peractæ,
Illic Orphea protinus videbis
Altum vincere tramitem Suburæ.
Vdi vertice lubricum theatri,
Mirantesque feras, auemque regis,
Raptum quæ Phriga pertulit tonanti,
Illic parua domus tui Pedonis
Cælata est aquila minore penna.
Sed ne tempore non tuo disertam
Pulses ebria ianuam videto.
Totos dat tetricæ dies Mineruæ,
† *vacat.* Dum centum †studet auribus virorum,
Hoc quod sæcula, posterique possint.
Arpinis quoque comparare chartis,
Seras tutior ibis ad lucernas.
Hæc hora est tua, dum furit Lyæus,
Cùm regnat rosa, cùm madent capilli,
Tunc me vel rigidi legant Catones.

Ad Manium. XX.

†*V. causa es mã suetus, alij causa es Ma-*

Ducit

Ducit ad auriferas quod me Salo Celtiber oras,
Pendula quod patriæ viſere tecta libet,
Tu mihi ſimplicibus,† Mani dilectus ab annis.
† Et prætextata cultus amicitia,
Tu facis, in terris quo non eſt alter Iberis
Dulcior, & vero dignus amore magis,
Tecum ego vel ſicci † Gætula mapalia Pœni,
Et poteram Scythicas † hoſpes adire caſas,
Si tibi mens eadem, ſi noſtri mutua cura eſt,
In quocunque loco Roma duobus erit?

ninotus, aut Mani amatus.
† *A pueris inita*
† *Ne lege igitur li, A. Traducta est Getulis*
† *hoſtis.*
† *V. Caianus.*

Ad Sextum. XXI.

Scribere te, quæ vix intelligat ipſe Modeſtus,
Et vix † Claranus quid rogo, Sexte iuvat?
Non lectore tuis opus eſt, ſed Apolline libris:
Iudice te maior Cinna Marone fuit.
Sic tua laudentur: ſane mea carmina, Sexte,
Grammaticis placeant, & ſine grammaticis.

De M. Antonio. XXII.

Iam numerat placido felix Antonius æuo
Quindecies actas primus Olympiadas:
Præteritoſque dies & totos reſpicit annos:
Nec metuit Lethes iam propioris aquas.
Nulla recordanti lux eſt ingrata, grauiſque,
Nulla † fuit cuius non meminiſſe velit,
Ampliat ætatis ſpacium ſibi vir bonus: hoc eſt
Viuere bis vita poſſe priore frui.

† *V. ſubit.*

Ad Kalendas Martias. XXIII.

Natales mihi Martiæ Kalendæ,
Lux formoſior omnibus Kalendis,
Qua mittunt mihi munus & puellæ,
Quinquageſima liba, ſeptimamque

Veſtris

Vestris addimus hanc focis acerram.
His vos, si tamen expedit, roganti.
Annos addite ter precor nouenos.
Vt nondum nimia piger senecta,
Sed vita tribus † aureis peractis
Lucos Elysiæ petam puellæ.
Post hæc tempora, nec diem rogabo.

† Aldus areis legit, & 4. hominũ ætates interpretatur, ex qu bus poëta 3. priores optat.

De Mucio. XXIV.

In matutina nuper spectatus arena
Mucius imposuit qui sua membra focis.
Si patiens, fortisque tibi, purusque videtur,
Abderitanæ pectora plebis habes.
Nam cùm dicatur tunica præsente molesta,
Vre manum: plus est dicere, non facio.

De Varo. XXV.

Vare, Parethonias † Latia modò vite per vrbes
Nobilis, & centum dux memorande viris.
At nunc Ausonio frustra promissa Quirino
Hospita Lagæi littoris vmbra iaces.
Spargere non licuit frigentia fletibus ora,
Pinguia nec mœstis addere thura rogis.
Sed datur æterno victurum carmine † nomen.
Nunquid & hoc fallax Nile negare potes?

†al. Latias modo ritè per vrbes sed rectius, vita.
†V. munus.

Ad Diodorum. XXVI.

Natali, Diodore, tuo conuiua senatus
Accubat, & rarus non adhibetur eques.
Et tua tricenos largitur sportula nummos:
Nemo tamen natum te, Diodore, putat.

Ad Ianum. XXVII.

Annorum, nitidique sator pulcerrime mundi,
Publica quem primum vota precesq; † canunt.

† V. vocant.

Perui-

Peruius exiguos habitabas ante Penates,
  Plurima quæ medium Roma tenebat iter.
Nunc tua Cæſareis cinguntur limina donis,
  Et fora tot numeras Iane, quod ora geris.
At tu ſancte pater, tanto pro munere gratus,
  Ferrea perpetua clauſtra tuere ſera.

De littore Formiano. XXVIII.

O temperatæ dulce Formiæ litus,
Vos cùm ſeueri fugit oppidum Martis,
Et inquietas feſſus exuit curas,
Apollinaris omnibus locis præfert.
Non ille ſanctæ dulce Tibur vxoris,
Nec Tuſculanos, Algidoſue receſſus,
Præneſte nec ſic, Antiumue miratur,
Non blanda Circe, Dadaniſue Caieta
Deſiderantur nec Marica, nec Lyris,
Nec in Lucrina lota Salmacis vena.
Hic ſumma leni ſtringitur Thetis vento:
Nec languet æquor: vita ſed quies ponti
Pictam phaſelon adiuuante fert aura.
Sicut puellæ non amantis æſtatem
* Multa ſalubre purpura venit frigus. ** Mota. M. S.*
Nec ſeta longo quærit in mari prædam,
Sed à cubiclo, lectuloque iactatum,
Spectatus altè lineam trahit piſcis.
Si qando Nereus ſenſit Æoli regnum,
* Ridens procellas tuta de ſua menſa ** V. Ridet.*
Piſcina, rhombum paſcit, & lupos vernas:
Natat ad magiſtrum delicata muræna.
Nomen calator mugilem citat notum,
Et adeſſe iuſſi prodeunt ſenes mulli,

Erui

Frui ſed iſtis quando Roma permittis?
Quot Formianos impurat dies annus
Negotioſis rebus vrbis hærenti?
O vinirores villicique felices,
Dominis parantur iſta, ſeruiunt vobis,

In Calliodorum. XXIX.

Addixit ſervum nummis here mille ducentis.
Vt bene cœnares, Calliodore, ſemel:
†V.Non †Nec bene cœnaſti, mull⁹ tibi quatuor emptas
Librarum cœnæ pompa caputq; fuit.
Exclamare libet: non eſt hoc improbe: non eſt
† V. comes. Piſcis: homo eſt, hominē Callidiore † voras.

De imagine M. Antonij ad Cæcilianum. XXX.

Hæc mihi quæ colitur violis pictura, roſiſq;
† V. Cæcidiane. Quos referat vultus † Cæciliane rogas?
Talis erat Marcus mediis Antonius annis:
Primus in hoc iuuenem ſe videt ore ſenex.
Ars vtinam mores, animumq; effingere poſſit.
Pulcrior in terris nulla tabella foret.

† adMunatium A. Schottus.

Ad † Numatium Gallum. XXXI.

Simplicior priſcis, †Numati Galle, Sabinis
Cecropium ſuperas qui bonitate ſenem.
† Munati Idem. Sic tibi † cum ſoceri claros retinere Penates
Perpetua natæ det face caſta Venus:
Vt tu, ſi viridi tinctos ærugine verſus
Fortè malus liuor dixerit eſſe meos,
†V. Cōſoceri. Vt facis, à nobis abigas: nec † ſcribere quēquam
Talia contendas carmina qui legitur.
†V. ſtringere. Hunc ſeruare modum noſtri nouêre libelli,
Parcere perſonis, dicere de vitiis.

Ad Traianum. XXXII.

Di

Di tibi dent quicquid princeps Traiane, mereris,
Et rata perpetuo, quæ tribuêre, velint.
Qui sua restituis spoliato iura patrono,
Libertis exul non erit ille suis.
Dignus es vt possis † tantum seruare clientem : † tortū legit. I. Scalig.
Vt liceat, tantum vera probare potes.

De † Sulpicia. XXXIII. 7. Virgil, Moretum.

Omnes Sulpiciam legant puellæ,
Vni quæ cupiunt viro placere
Omnes Sulpiciam legant mariti, † Extāt eius. quædam carmina passim.
Vni qui cupiunt placere nuptæ.
Non hæc Colchidis asserit furorem,
Diri prandia nec refert Thyestæ,
Scyllam, † Byblida nec fuisse credit, † Scyllam & Byblida.
Sed castos docet, & pios amores,
Lusus, delicias, facetiasque.
Cuius carmina qui bene æstimârit,
Nullam dixerit esse sanctiorem.
Tales Egeriæ iocos fuisse,
Vdo crediderim Mamæ sub antro.
Hac condiscipula, vel hac magistra
Esses doctior, & pudica Sappho.
Sed tecum pariter, simulque visam
Durus Sulpiciam Phaon amaret.
Frustra namque ea nec tonantis vxor,
Nec Bacchi, nec Apollinis puella
Erepto sibi viueret Caleno.

In † Munnam. XXXIV. † V. Numa.

Improba Massiliæ quidquid fumaria cogunt,
Accipit ætatem quisquis ab igne cadus,
A te, Munna, venit: miseris tu mittis amicis.

Per

† *V. vina.* Per freta, per longas toxica † sæua vias,
Nec facili pretio, sed quo contenta Falerni
Testa sit, aut celsis Setia cara suis.
Non venias quare tam longo tempore Romam
Hæc puto caussa tibi est, ne tua vina bibas.

Ad Maternum Iurisperitum. XXXV.

Iuris, & æquarum cultor sanctissime legum,
Veridico Latium qui regis ore forum,
Municipi, Materne, tuo veterique sodali,
† *ecquid ad Oceanum?* Gallaicum mandas † si quid ad Oceanum,
An Laurentino turpes in littore † ranas,
Et satius tenues ducere credis † acos?
† *ali ranas.* Ad sua captivum quam saxa remittere nullum
Visus erit libris qui minor esse tribus
† *al. acus.* Et fatuam summa cænare Pelorida mensa,
Quosq; tegit leui cortice concha breuis?
Ostrea Baianis quam non liuentia testis,
Quæ domino pueri non prohibente vorent.
Hic solidam clamosus ages in retia vulpem,
Mordebitq; tuos sordida præda canes.
Illic piscoso modò vix educta profundo
Impedient lepores humida lina meos.
Dum loquor ecce redit sporta piscator inani.
Venator capta matre superbus adest,
Omnis ab vrbano venit ad † mare cœna macello,
† *V. macello* † *al. ecquid.* Gallaicum mandas † si quid ad Oceanum.

Ad Calenum. XXXVI.

O molles tibi quindecim, Calene,
Quos cum Sulpitia tua iugales
Indulsit deus, & peregit annos.

Vixisti

Vixisti tribus, ô Calene, lustris.
Ætas hæc tibi tota computatur,
Et solos numeras dies mariti.
Ex illis tibi si diu rogatam
Lucem redderet Atropos, vel vnam
Malles, quàm Pyliam quater senectam.

Ad Lesbiam. XXXVII.

Consule te Bruto quid iuras Lesbia natam:
Mentiris; nata es, Lesbia, rege Numa
Sic quoq; mentiris: namq; vt tua sæcula * nar-
Ficta Prometheo diceris esse luto. (rant,

*V. narrent.

In Proculeiam. XXXVIII.

Mense nouo Iani veterem Proculeia maritum
Deseris, atque iubes res sibi habere suas.
Quid, rogo, quid factum est? subiti quæ causa doloris?
Nil mihi respondes? dicam ego, prætor erat,
Constatura fuit Megalensis purpura centum
Millibus, vt nimium munera parca dares:
Et populare sacrum bis millia dena tulisset.
Dissidium non est hoc, Proculeia; lucrum est.

In Phileròtem. XXXIX.

Septima iam, Phileros, tibi conditor vxor in agro
Plus nulli, Phileros, quàm tibi reddit ager.

Ad Quinctum Ouidium. XL.

Quincte Calcedonios Ouidi visure Britannos,
Et viridem Tethyn, Oceanumq; patrem:
Ergo Nume colles, & Nomentana relinques
Otia, nec retinet rusq;, focusq; senem?
Gaudia tu differs, at non & stamina differt

Atropos, atq; omnis ſcribitur hora tibi,
Præſtiteris caro, quis non hoc laudet amico,
Vt potior vitâ ſit tibi ſancta fides.
Sed reddare tuis tandem manſure Sabinis,
Teque tuas numeres inter emicitias.

** In delicatum lectorem.* XLI.

Si quid lene mei dicunt, & dulce libelli;
Si quid honorificum pagina blanda ſonat;
Hoc * tu pingue putas, &* coſtam rodere ma-
Ilia laurentis cùm tibi demus apri. (uis.
Vaticana bibas, ſi delectaris aceto:
Non facit ad ſtomachum noſtra lagena tuũ,

In Machonem. XLII.

Omnia vis bellè Matho dicere, dic aliquando
Et bene: dic neutrum: dic aliquando malè.

*Ad * ſeipſum.* XLIII.

Vitam quæ faciunt beatiorem,
Iucundiſſime Martialis, hæc ſunt.
Res non parta labore, ſed relicta:
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nunquam, toga rara, mens quieta,
Vires ingenuæ, ſalubre corpus,
Prudens ſimplicitas, pares amici,
Conuictus facilis, ſine arte menſa,
Nox non ebria, ſed ſoluta curis,
Non triſtis torus, * attamen pudicus,
Somnus. qui faciat breues tenebras:
Quo ſis, eſſe velis, nihilque malis:
Summum nec metuas diem, nec optes.

Parat conuiuium. XLIV.

Nunciat octauam Phariæ ſua turba iuvencæ,

** V. De libellis ſuis al. In malignum*
** V, languere.*
** V. toſtam.*
** Martialem amicum quod placet, eodem l. 6. ep. 1. appellat & alias.*
** V. & tamen.*

Et pilata redit, iamq; ſubitq; cohors. (pores *V. nimia.
Temperat hic thermas,*nimio prior hora*va- *vapore.
Halat, & immodico ſexta Nerone calet.
Stella, Nepos, Cani, Cerealis, Flacce venitis.
Septem ſigna capit, ſex ſumus, adde Lupum.
Exoneraturas ventrem mihi villica malvus
Attulit, & varias, quas habet hortus opes.
Secta coronabunt rutatos oua lacerto,
Et madidum thynni de ſale ſumen erit.
Parvus* in his vna ponetur cænula menſa. * onyx vitioſè
Hædus, inhumani captus ab ore lupi.
Et quæ non* egeant ferro ſtructoris *oſellæ, * V. egeat.
Et faba fabrorum, prototomiq; rudes. *V. ofella,
Pullus adhæc, cæniſq; tribus iam perna ſuper-
Addetur: ſaturis mitia poma dabo. (ſtes
De Nomentana vinum ſine fæce lagena,
Quæ bis Frontino conſule prima fuit.
Accedent ſine felle ioci, nec mane timenda.
Libertas, & nil quod tacuiſſe velis.
De Praſino conuiua meus, Venetoq; loquatur
Nec facient quenquam pocula noſtra reum.

In Cottam. XLV.

Cùm potes amet hyſtinos trientes,
Et nigro madeas Opimiano:
Propinas modò conditum Sabinum.
Et dicis mihi Cotta, vis in auro?
Quiſquam plumbea vina vult in aurò?

De Scorpo. XLVI.

Frangat Idumæas triſtis victoria palmas: *Sub triumphũ Iudaicũ extinctꝰ Scorpus.*
Plange fauor ſæua pectora nuda manu.
Mutet honor cultus, & iniquis munera flãmis:

extinct' Mitte coronatas gloria mæſta comas.
Scorpus. Heu facinus prima fraudatus, Scorpe iuuenta
Occidis, & nigros tam citò iungis equos.
Curribus illa tuis ſemper properata breuiſque
Cur fuit, & vitæ tam prope meta tuæ?

Ad Fauſtinum. XLVII.

Sidera iam Tyrius Phryxæi reſpicit agni
Taurus, & alternum Caſtora † fugit hyems:
† V. figit. Ridet ager, veſtitur humus, veſtitur & arbos,
Iſmarium pellex Attica plorat Ityn.
† V. quales. Quo, Fauſtine, dies, † qualem tibi Roma Rauennam
Abſtulit? ô ſoles, ô tunicata quies!
O nemus, ô fontes! ſolidumq; madentis arenæ
Littus & æquoreis ſplendidus Anxur aquis.
Et non vnius ſpectator lectulus vndæ,
Qui videt hinc puppes fluminis, inde maris!
Sed non Marcelli, Pompeianumque, nec illis
Sunt triplices thermæ, nec fora iūcta quater.
Nec Capitolini ſummum penetrale tonantis,
Quæq; nitent cœlo proxima templa ſuo.
Dicere te laſſum quoties ego credo Quirino,
Quæ tua ſunt tibi habe: quæ mea redde mihi.

Epitaphium Scorpi. XLVIII.

Vigeſimo ſeptimo anno Ille ego ſum Scorpus clamoſi gloria Circi,
Plauſus Roma tui, deliciæque breues:
Inuida quam Lacheſis raptum trieteride nona,
Dum numerat palmas, credidit eſſe ſenem.

In Olum. XLIX.

Menſas Ole bonas ponis ſed Ponis opertas:
Ridiculum eſt, poſſum ſic ego habere bonas.

In Gallum. L.

Totis Galle iubes tibi me ſeruire diebus,
Et per Auentinum ter quater ire tuum.
Eximit, aut reficit dentem Caſſelius ægrum:
Infeſtos oculis vris Higine pilos.
Non ſecat, & tollit ſtillantem Fanninus vuam,
Triſtia * Saxorum ſtygmata delet Heros.
Enterocelarum fertur Podalyrius Hermes,
Qui ſanet ruptos, dic mihi, Galle, quis eſt?

** ſeruorum optime Scottus.*

Ad Sextum. L I.

Argenti libram mittebas, facta ſelibra eſt,
Sed piperis, tanti non emo Sexte piper.

Ad Frontinum. LII.

Anxuris equorei placidos Frontine receſſus,
Et propius Baias, littoreamq; domum,
Et quod inhumanæ Cancro feruente cicadæ
Non nouêre nemus, flumineoſque lacus.
Dum colui, doctas tecum celebrare vacabat
Pieridas, nunc nos maxima Roma terit,
Hic mihi quando dies me⁹ eſt iactamur in alto
Vrbis, & ſterili vita labore perit.
Dura ſuburbani dum iugera paſcimus agri,
Vicinoſq; tibi ſancte * Quirine lares.
Sed non ſolus * amat, qui nocte dieque; frequentat
Limina nec vatem talia damna decent.
Perueneranda mihi Muſarum ſacra per omnes
Iuro deos, & non officioſus amo.

** Ad Romuli templũ habuit ſub vrbanum.*
** patronos ſuos.*

In delicatum lectorem. L I I I.

Conſumpta eſt vno ſi lemmate pagina, tranſis,
Et breuiora tibi, non meliora placent.

* alij Diues & ex omni posita est instructa macello
mattya. Cœna tibi, sed te * mattya sola iuvant.
* V. Non opus est nobis nimium lectore guloso.
Nunna. Hunc volo, qui fiat non sine pane satur.

De Munna LIV.*

Iura trium petiit à Cæsare discipulorum,
Adsuetus semper Munna docere duos.

Ppitaphium Erotij. LV.

Hic festinata requiescit Erotion vmbræ,
Crimine quam fati sexta peregit hyems.
Supra l. Quisquis eris nostri post me regnator agelli,
5. Manibus exiguis annua iusta dato.
Sic Lare perpetuo, sic turba sospite solus
Flebilis in terra sit lapis iste tua.

Ad magistrum ludi. LVI.

Ladimagister parce simplici turbæ:
Sic te frequentes audiant capillati,
* Musa Et delicatæ diligat chorus * mensæ
lege cum Nec calculator, nec notarius velox
V. D. Maiore quisquam circulo coronetur.
Albæ leone flammeo calent luces,
* Tor- * Tostamq; feruens Iulius coquit messem.
samque Scuticaq; loris horrida Scythæ pellis,
al. Qua vapulauit Marsyas Celenæus,
Ferulæque tristes sceptra pædagogorum
Cessent, & idus dormiant in Octobris;
* Vitra Æstate pueri si valent satis discunt.
docteLi- *Epitaphium nobilis matronæ. LVII.*
psius Marmora parua quidē, sed non cessura viator
scribit Mausoli saxis, Pyramidumq; leges.
& refert Bis mea Romano spectata est * vita Terento,

Et

Et nihil extremos perdidit ante rogos, *ad connubium*
Quinq; dedit pueros, totidē mihi Iuno puellas *40. annorum.*
Clauserunt omnes lumina nostra manus.

In Carmenionem. LVIII.

Cùm te municipem Corinthiorum
Iactes; Carmenion negante nullo
Cur frater tibi dicor ex Iberis
Et celtis genitus. Tagique ciuis?
An vultu similes videmur esse?
Tu flexa nitidus coma vagaris:
Hispanis ego contumax capillis.
Læuis Dropace tu quotidiano:
Hirsutis ego cruribus, genisque.
Os blæsum tibi, debilisque lingua est:
Nobis filia fortius loquetur,
Tam dispar aquilæ columba non est,
Nec dorcas rigido fugax leoni.
Quare desine me vocare fratrem,
Ne te Carmenion vocem sororem.

De Pollo. LIX.

Custodes das Polla viro, non accipis ipsa.
Hoc est vxorem ducere, Polla virum.

Ad Potitum. LX.

Quod mihi vix vnus toto liber exeat anno,
Desidiæ tibi sum, docte Potite, reus.
Iustius, at quanto mirêre, quòd exeat vnus,
Labantur toti cum mihi sæpe dies.
Nunc resalutantes video nocturnus amicos,
Gratulor & multis nemo, Potite, mihi.
Nunc ad luciferam signa mea gemma Dianam,
Nunc me prima sibi nunc sibi quinta rapit.

Nunc, consul, prætórue tenet, reducésue choreæ:
Auditur toto sæpe Poëta die.
Sed nec causidico possis impunè negare,
Nec si te rhetor, gammaticusue rogent:
Balnea post decimam lasso, centumq; petuntur
Quadrantes, fiet quando, Potite, liber?

De Rabirio. LXI.

Quisquis læta tuis, & sera parentibus optas
Fata, breuem titulum marmoris huiūs ama,
Condidit hoc caras tellure Rabirius vmbras:
Nulli sorte iacent candidiore senes.
Bis sex lustra tori nox mitis, & vltima clausit.
Arserunt vno funera bina rogo,
Hos tamen, vt primis raptos sibi quærit in annis
Improbi⁹ nihil his fletibus esse potest.

Adulatorium. LXII.

Frustra blandiciæ venitis ad me
Attritis miserabilis labellis,
Dicturus dominum, Deumque non sum
Iam non est locus hac in vrbe vobis.
Ad Parthos procul ite pileatos,
Et turpes, humilesque supplicesque
Pictorum sola basiate regum.
Non est hic dominus, sed imperator,
Sed iustissimus omnium senator:
Per quem de stygia domo reducta est
Siccis rustica veritas capillis.
Hoc sub principe, si sapis caueto,
Verbis, Roma, prioribus loquaris.

Ad Marcum. LXIII.

Littera facundi gratum mihi pignus amici
Perlu-

Pertulit Ausoniæ dona seuera togæ.
Quæ non Fabricius, sed vellet Apicius vti,
Vellet Mæcenas Cæsarianus eques,
Vilior hæc nobis alio mittente fuisset:
Non quacunque manu victima cæsa litat,
Ad te missa venit, possem nisi munus amare
Marce tuum: poteram nomen amare meum.
Munere sed plus est, & nomine gratius ipso
Officium docti, iudiciumque viri.

Ad Romam. LXIV.

Iam parce lasso, Roma gratulatori,
Lasso clienti: quamdiu salutator
Ante ambulones & togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto,
Cum Scorpus vna quindecim graues hora
Feruentis auri victor * afferat saccos:
Non ego meorum præmium libellorum.
(Quid enim merentur?) Apolos velim campos
Non Hybla; non me spicifer capit Nilus.
Nec quæ palludes delicata Pontinas
Ex arce cliui spectat vna Setini.
Quid concupiscam quæris ergo? dormire,

* *A. Schottus emendatiꝰ legit. auferat. ex Prisc. in 2. lib. p. 14.*

De Meuio. LXV.

Hoc fortuna tibi videtur æquum?
Ciuis non Syriæue, Parthiæue,
Nec de Cappadocis eques, catastis,
Sed de plebe Remi, Numæque verna,
Iucundus probus, innocens amicus,
Lingua doctus vtraq; cuius Vnum est:
Sed magnum vitium quod est poëta,
Pullo Mævius alget in cucullo.

De Caro Medico. LXVI.

Cocco mulio fulget incitatus?
Nequius à Caro nihil vnquam, maxime factum eſt.
Quam quod febre perit: fecit & * ille nefas.
*v. illa
Sæua nocens febris ſaltem quartana fuiſſet;
Seruari medico debuit illa ſuo.

Ad Macrum. LXVII.

Ibi litorias Macer Solonas,
Ibit rara fides, amorque recti
Et ſecum comitem* trahet pudorem.
Semper pauperior redit poteſtas
Felix auriferæ colone terræ.
Rectorem vacuo ſinu remittes,
Optabiſque moras, & exeuntem
Vdo Dalmata gaudia ſequêris,
Nos Celtas Macer, & truces Iberos
Cum deſiderio tui petemus,
Sed quæcunque tamen feretur illis
Piſcoſi calamo Tagi notata,
Macrum pagina noſtra nominabit.
Sic inter veteres legar poëtas,
Nec multos mihi præferas priores,
Vno ſed tibi ſim minor Catullo.

*al. trahens pudorem ſemper &c.

De Torquato & Otacilio. LXVIII.

Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartũ
Ad quartum breue rus emit Otacilius.
Torquatus nitidas vario de marmore thermas
Extruxit: cucumam fecit Otacilius.
Diſpoſui Daphnona ſuo Torquatus in agro:
Caſtaneas centum ſeuit Otacilius.

Conſul

Consul Torquatus: vici fuit ille magister,
Nec minor in tanto visus honore sibi.
Grandis vt exiguam bos ranam ruperat olim,
Sic puto Torquatus rumpet Otacilium.

De Erote. LXIX.

Plorat Eros, quoties maculosæ pocula myrrhæ
Inspicit, aut† pueros, nobiliusue vitrum. † *Venales.*
Et gemitus imo †promit de pectore, quòd non
Tota miser coëmat septa feratque domum. † *V. ducit.*
Quã multi faciunt, quod Eros, sed lumine sicco
Pars maior lacrymas ridet, & intus † habet. † *hauet seu auet nonuullus emendat quam feliciter, tu indica.*

Ad Gallum. LXX.

Si quid nostra tuis adicit vexatio rebus
Mâne vel à media nocte togatus ero.
Stridentesque feram flatus Aquilonis iniqui
Et patiar nimbos, excipiamque niues.
Sed si non fias quandrante beatior vno,
Per gemitus nostros, ingenuasque cruces:
Parce precor lasso, vanosq; remitte labores,
Qui tibi non prosunt, & mihi Galle nocent.

Ad Marinum. LXXI.

Raros colligis hinc capillos,
Et latum nitidæ, Marine, caluæ
Campum temporibus tegis comatis:
Sed moti redeunt iubente vento,
Redduntur que sibi, caputque nudum
Cirris grandibus hinc, & inde cingunt.
Inter † Splendophorum Telesphorumque, † *alij Splendophorum.*
† Cidæ stare putabis † Halmyroten. † *V. Hermerotẽ.*
† Vis tu simplicius senem fateri? † *al. Cal*

vum al. corvum. Vt tandem videaris vnus esse,
Tonsor iam reliquos metat capillos.
** aliј Quintu.* Caluo turpius est nihil comato.

De Ladonte nauta. LXXII.

Iam senior Ladon Tiberinæ nauta carinæ
Proxima dilectis rura parauit aquis.
Quæ cum sæpe vagus premeret torrentibus vndis
Tybris, & hyberno rumperet arua * lacus
** V. gelu* Emeritam puppim, ripaquæ stabat in alta,
Impleuit saxis, opposuitque vadis.
Sic nimias auertit aquas, quis credere posset?
Auxilium domino mersa carina tulit.

De natali restituti. LXXIII.

Octobres age sentias Kalendas,
Facundi pia Roma Restituti.
Linguis omnibus & fauete votis.
Natalem colimus: tacete lites,
Absit cereus aridi clientis,
Et vani triplices breuesque mappæ.
Expectent gelidi iocos Decembris.
Certent muneribus beatiores.
Agrippæ tumidus negotiator
Cadmi municipes ferat lacernas,
Pugnorum reus, ebriæque noctis.
Cœnatoria mittat aduocato
Mirator veterum senex auorum
Donet Phidiaci toreuma cœli.
** V. rapinam.* Venator leporum, colonus hædum,
Piscator ferat æquorum * rapinas,
Si mittat sua quisque, quid Poëtam

Missu-

Missurum tibi Restitute credis?

Ad Cottam. LXXIV.

Omnes persequeris prætorum Cotta locellos,
Accipis & ceras: officiosus homo es.

De statua Iunonis. LXXV.

Iuno labor Polyclete tuus, & gloria felix,
Phidiacæ cuperent quam meruisse manus,
Ore nitet tanto, quanto superâsset in Ida.
Iudice conuictas non dubitante deas.
Iunonem Polyclete suam nisi * frater amaret, *Iupiter nempe.*
Iunonem poterat frater amare * tuam. *statuã scil.*

Ad Marium. LXXVI.

Mari quietæ cultor, & comes vitæ
Quo ciue prisca gloriatur Atina:
Has tibi gemellas barbari decus luci
Commendo pinas, ilicesque Faunorum,
Et semidocta villici manu structas
Tonantis aras, horridique Siluani,
Quas tinxit agni sæpe sanguis * & hædi, *V. aut recte sic n. integer Scazon.*
Dominamque sancti virginem deam templi,
Et quem sororis hospitem vides castæ
* Matrem mearum principem Kalendarum, *Martẽ lego. Martia n. Kalenda natalitia Poëta.*
Et delicatæ laureum nemus Floræ
Hoc omne agelli mite parvuli numen
Seu tu cruore siue thure placabis:
Vbicunque noster Martialis est, dices,
Hæc ecce mecum dextera litat vobis
Absens sacerdos, vos putare præsentem.
Et date duobus, quicquid alter * optarit. *V. optabis.*

Ad Clementem. LXXVII.

Si prior Euganeas Clemens * Heliconis in oras, *al. He-*

Pictaq; pampineis videris arua iugis:
Perfer Atestinæ nondum vulgata Sabinæ
Carmina, purpurea sed modo, † suta toga.
Vt rosa delectat, metitur quæ pollice primo:
Sic noua, nec mento sordida charta iuuat.

Munusculum pomorum. LXXVIII.

Non† mea Massylus seruat pomaria serpens,
Regius Alcinoi nec mihi seruit ager:
Sed Nomentana securus germinat hortus
Arbore, nec furem plumbea mala timent,
Hęc igitur, media quæ sunt † mihi nata † Subura
Mittimus Autumni cerea poma mei.

Ad Auitum. LXXIX.

Sæpe loquar nimium gentes quod, Auite, remotas
Miraris, Latia factus in vrbe senex;
Auriferumq; Tagum sitiam, patriumq; Salonē
Et repetam saturæ sordida rura casæ.
Illa placet tellus, in qua res parua beatum
Me facit, & tenues luxuriantur opes.
Pascitur hic, ibi pascit ager: tepet igne maligno
Hîc focus, ingenti lumine lucet ibi.
Hîc pretiosa fames, † conturbaturq; macellus,
Mensa ibi diuitiis ruris operta sui,
Quatuor hîc æstate togæ, pluresue teruntur:
Autumnis ibi me quatuor vna tegit.
I, cole nunc reges quidquid non præstat amic⁹,
Cùm præstare tibi possit, Auite, locus.

De Numa. LXXX.

Dum leuis arsura struitur Libitina papyro,
Dum myrrham & casiam flebilis vxor emit:

præclarè quid enim. Et ante nor Helicaonis pater 4. H.
† V. culta.
† V. mihi.
† V. modo.
† al. sub vrta.
† V. conturbatrixque macelli Mensa, fortè; conturbatorq; posset legi cum Budæo.

Iam ſcrobe, iam lecto iam pollinctore parato
Hæredem ſcripſit me Numa; conualuit.

De figura Socratis. LXXXI.

Si Romana forent hæc Socratis ora fuiſſent
Iulius in Satyris qualia Rufus habet.

†*In commiſcentem verſus operi ſuo.* LXXXII.

Quid, ſtulte, noſtris verſibus tuos miſces?
Cum litigante quid tibi miſer libro?
Quid congregare cum leonibus vulpes,
Aquiliſque ſimiles facere noctuas quæris?
Habeas licebit alterum pedem Ladæ,
Inepte fruſtra crure ligneo curres.

De Capitolino. LXXXIII.

Elyſio redeat ſi fortè remiſſus ab †argo
Ille ſuo felix Cæſare Galba vetus,
Qui Capitolinum pariter Galbamq; †iocantes
Audierit dicet, ruſtice Galba tace.

† *Ad Bilbilitanos agros.* LXXXIV.

Municipes auguſta mihi quos Bilbilis † agri,
Monte creat rapidis†quos Salo cingit aquis
Ecquid læta iuvat noſtri vos gloria vatis?
Nam decus & nomen, famaq; veſtra ſum⁹
Nec ſua plus debet tenui Verona Catullo,
Meque velit dici non minus illa ſuum,
Quatuor acceſſit trigeſima meſſibus æſtas,
Vt ſine me Cereri ruſtica liba datis.
Mænia dum colimus, dominæ pulcherrimaRo-
Mutauêre meas Itala regna comas. (mæ
Excipitis reducem, placida ſi mente, venimus:
Aſpera ſi geritis corda. redire licet.

† V. ad poëtam imperitum.

† V. antro.

† V. vocantem.

† ad Municipes Bilbitanos. alit Ad Biblitaneos.

† V. alto al. acri.

† V. quem.

Ad

Ad Librum LXXXV.

I noſtro comes, i libelle Flauo.
Longum per Mare, ſed fauentis vndæ,
Et curſu facili, tuiſque ventis.
Hiſpanæ pete Tarraconis artes.
Illinc te rota tollet, & citatus,
Altam Bilbilin, & tuum Salonem
Quinto forſitan eſſedo videbis.
Quid mandem tibi quæris? vt ſodales,
Paucos, & veteres, & ante brumas
Triginta mihi nec laborioſos
Ipſe protinus à via ſalutes;
Et noſtrum admoneas ſubinde Flaccum,
Iucundus mihi, nec laborioſos
Seceſſus ſpatio paret ſalubri.
Qui pigrum faciant tuum parentem,
Hæc ſunt, iam tumidus vocat magiſter.
Caſtigatque moras, & aura portum
Laxauit melior. vale libelle.
Nauem, ſeu puto, non moratur vnus.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.

LIBER XI.

I.

QVo tu, quo liber otioſe tendis,
Vultus ſindone non quotidiana?
Numquid Parthenium videre tendas?
Vadas, & redeas * ineuolutus
Libros non legit ille ſed libellos:

* *mendosè legebatur irreuolutus.*

Nec

Nec Musis vacat, aut suis vacaret.
Ecquid te satis æstimas beatum,
Contingunt tibi si manus minores?
Vicini pete porticum Quirini
Turbam non habet otiosiorem
Pompeius, vel Agenoris puella,
Vel primæ dominus leuis carinæ,
Sunt illic duo, tresue, qui reuoluant
Nostrarum timeas ineptiarum:
Sed cum sponsio; fabulæque lassæ.
De Scorpo fuerunt, & Incitato.

Ad Lectores. II.

Lectores tetrici salebrosum ediscite Sanctrã:
Nil mihi vobiscum est iste liber meus est.

De suis libellis. III.

Non vrbana mea tantùm Pimpleide gaudent
Otia, nec vacuis auribus ista damus: * V. ge-
Sed meus in * Geticis ad Martia signa pruinis *lidis.*
A rigido terirur centurione liber.
Dicitur & nostros cantare Britannia versus.
Quid prodest: nescit sacculus ista meus.
At quàm victuras poteramus pangere chartas.
Quantaque Pieria prælia flare tuba?
Cùm pia reddiderint Augustum numina terris,
Et Mæcenatem si * mihi Roma daret. * V. tibi

Precatur Deos pro Nerua Traiano IV.

Sacra, Laresque Phrygum, quos Troiæ malu-
it hæres,
Quàm rapere arsuras Laodemontis opes. * V. &,
Scriptus * es æterno nunc primùm Iuppiter *non es*
auro, *lege.*

Et

Et ſoror, & ſummi filia tota patris?
Et qui purpureis iam tertia nomina faſtis
Iane refers Neruæ, vos precor ore pio,
Hunc omnes ſeruate ducem, ſeruate ſenatum:
Moribus hic viuat principis, ille ſuis.

In laudem Neruæ Traiani. V.

Tanta tibi eſt recti reuerentia, Cæſar, & æqui,
QuantaNumæ fuerat:ſedNuma pauper erat
Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores,
Et cùm tot Creſus viceris, eſſe Numam.
Si redeant veteres, ingentia nomina, patres,
Elyſium liceat ſi vacuare nemus:
præ libertate. Te volet inuictus * pro libertate Camillus,
Aurum Fabricius te tribuente volet
Te duce gaudebit Brutus:tibi Sylla cruentus
Imperium tradet cùm poſiturus erit,
Et te priuato cum Cæſare Magnus amabit:
Donabit totas & tibi Craſſus opes.
Ipſe quoq; infernis reuocatus Ditis ab vmbris
Si Cato reddatur, Cæſarianus erit.

Ad Dindymum de ſaturnalibus * *Ad Romam & Dindymum. VI.*

Vnctus falciferi ſenis diebus,
Regnator quibus imperat fritillus,
Verſu ludere non laborioſo
Permittis puto, pileata Roma,
Riſiſti: licet ergo, nec vetamur,
Pallentes procul hinc abite curæ:
Quidquid venerit obuium loquamur:
Moroſa ſine cogitatione.
Miſce dimidios puer trientes,
Quales Pythagoras dabat Neroni:

Miſce

Miſce, Dindyme, ſed frequentiores
Poſſum nil ego ſobrius, bibenti
Succurrent mihi quindecim poëtæ.

De ſtatua Memoris. VII.

Clarus fronde Iouis, Romani fama cothurni,
Spirat * Apellea redditus arte, Memor-

* *V. Apollinea.*

De Turno. VIII.

Contulit ad Satyras ingentia pectora Turnus
Cur non ad Memoris carmina? frater erat.

Ad puerum ſuum. IX.

Tolle puer calices, tepidiq; toreumata Nili,
Et mihi ſecura pocula trade manu.
Trita patrum labris, & tonſo pura miniſtro,
Antiquus menſis reſtituatur honos.

In Zoilum. X.

Ius tibi natorum vel ſeptem, Zoile, dentur,
Dum matrem nemo, det tibi nemo patrem.

Epitaphium paridis. XI.

Quiſquis Flaminiam teris viator,
Noli nobile præterire marmor,
Vrbis deliciæ, ſaleſque Nili,
Ars & gratia, luſus & voluptas,
Romani decus, & dolor theatri,
Atque omnes Veneres, Cupidineſque,
Hoc ſunt condita quo Paris, ſepulcro.

De colono. XII.

Hæredes nolite breuem ſepelire colonum
Nam terra eſt illi quantulacumque grauis

Ad Sabinum. XIII.

Non omnis noſtri nocturna eſt pagina libri.
Inuenies & quod mane Sabine legas.

In

In Lupum. XIV,

Donâsti, Lupe, rus ſub vrbe nobis:
Sed rus eſt mihi maius in feneſtra.
Rus hoc dicere, rus potes vocare?
In quo rura facit nemus Dianæ,
Arguta tegit ala quod cicadæ,
Quod formica die comedit vno.
Clauſæ cui folium roſæ corona eſt:
In quo non magis inuenitur herba,
Quam coſti folium, piperue crudum
In quo nec cucumis iacere rectus,
Nec ſerpens habitare tuta poſſit.
Erucam malè paſcit hortus vnam,
Conſumpto moritur culex ſalicto
Et talpa eſt mihi foſſor, atque arator.
Non boletus hiare non mariſcæ
Ridere, aut violæ patere poſſunt:
Fines mus populatur, & colono
Tanquam ſus Calydonius timetur,
Et ſublata volantis vngue Prochnes
In nido ſeges eſt hirundinino.
Non eſt dimidio locus Priapo.
Vix implet cochleam peracta meſſis,
Et muſtum nuce condimus picata.
Errâſtì Lupe littera ſed vna.
Nam quo tempore prædium dediſti
Mallem tu mihi prandium dediſſes.

Ad Labullum. XV.

Dum te proſequor, & domum reduco.
Aurem tum tibi præſto garrienti,
Et quidquid loqueris, faciſque laudo,

Quot verſus poterant Labulle naſci?
Hoc damno tibi non videtur eſſe,
Si † quod Roma legit, requirit hoſpes, † V. quid.
Non deridet eques, tenet ſenator,
Laudat cauſidicus, poëta carpit,
Propter te perit, hoc Labulle verum eſt?
Hoc quiſquam ferat, vt tibi tuorum
Sit maior numerus † togatulorum, † Alij Tragœdiorum.
Librorum mihi ſit minor meorum?
Triginta prope iam diebus vna eſt.
Nobis pagina vix peracta ſic eſt.
Cùm cœnare domi poëta non vult.

In Cæcilium. XVI.

Atreus Cæcilius cucurbitarum
Sic illas, quaſi filios Thyeſtæ,
In partes lacerat, ſecatque mille.
Guſtu protinus has † edes in ipſo, † V. edens.
Has prima feret, alterave cœna,
Has cœnâ tibi tertiâ reponet.
Hinc ſera epidipnidas parabit.
Hinc piſtor fatuas facit placentas,
Et notas caryotidas theatris:
Hinc exit varium coco minutal,
Vt lentem poſitam fabamque credas,
Boletos imitatur, & botellos,
Et caudam cibii, breueſque mænas:
Hinc † cellarius experitur artes, † al. mellarius.
Vt condat vario vafer ſapore
In rutæ folium capelliana
Sic implet gabatas, parapſidaſque,
Et leues ſcutulas, cauaſque lances.

Hoc lautum vocat, hoc putat venuſtum,
Vnum ponere ferculis tot aſſem.

In Neſtorem. XVII.

Nec toga, nec focus eſt, nec tritus cimice le-)ctus,
Nec tibi de bibula ſarta palude teges:
Nec puer, aut ſenior, nulla eſt ancilla, nec in-(fans
Nec ſera, nec clauis, nec canis, atq; calix.
Tu tamen affectas, Neſtor, dici atque videri
Pauper & in populo quæris habere locum.
Mentiris, vanoque tibi blandiris honore:
Non eſt paupertas. Neſtor, habere nihil.

De Praſino. XVIII.

Sæpius ad palmam Praſinus poſt fata Neronis
Peruenit & victor præmia plura refert:
I nunc liuor edax, dic * tu ceſſiſſe Neroni:
** V. te.* Vicit nimirum non Nero, ſed Praſinus.

De Apro. XIX.

Ædes emit Aper, ſed quas nec noctua vellet
Eſſe ſuas: adeò nigra vetuſque caſa eſt,
Vicinos illi nitidus Maro poſſidet hortos.
Cænabit bellè, non haditabit Aper.

In Fabullum. XX.

Ignotos mihi cum voces trecentos,
Quare non veniam vocatus à te,
Miraris quæreriſque litigaſque
Solus cæno, Fabulle, non libenter.

Sol⁹ cænat, qui cum ignotis cænat.

De Caio Proculo. XXI.

Caius hanc lucem gemma mihi Iulius alba
Signat, iò votis redditus ecce meis.
Deſperâſſe iuuat; veluti iam rupta ſororum
Fila, minus gaudent, qui timuêre nihil.

Hypne

Hypne quid expectas piger? immortale Falernũ
Funde, ſenem poſcunt talia vota cadum.
Quicunces & ſex cyathos, beſſemq; bibamus,
Caius, vt fiat Iulius, & Proculus.

In Zoilum. XXII.

Zoile quid tota gemmam præcingere libra
Te iuvat, & miſerum perdere ſardonycha?
Annulus iſte tuis fuerat modò cruribus aptus:
Non eadem digitis pondera conueniunt.

De mulione ſurdo. XXIII.

Mulio viginti venit modò millibus, Aule,
Miraris pretium tam graue? ſurdus erat.

De Amynta. XXIV.

Indulget pecori nimium dum paſtor, Amyntas,
Et gaudet famâ, luxuriaque gregis.
Cedentes oneri ramos ſyluamque fluentem
Vicit, concuſſas ipſe ſecutus opes.
Triſte nemus diræ vetuit ſupereſſe rapinæ,
Damnauitque rogis noxia ligna pater,
Pingues Lygne ſues habeat vicinus Iolas:
Te ſatis eſt nobis annumerare pecus. * al. qui

In Cæcilianum. XXV.

Vidua cum poſcas epigrammata, mortua ponis
Lemmata, * quid fieri, Cæciliane poteſt?
Mella iubes Hyblæa tibi, vel Hymettia naſci,
Et thyma Cecropiæ Corſica ponis api.

Ad ſenem orbum. XXVI.

Orbus es, & locuples & Bruto conſule natus,
Eſſe tibi veras credis amicitias! (bas.
Sunt veræ: ſed quas iuuenis, quas pauper habe-
Qui novus eſt, mortem diligit ille tuum.

In Silium. XXVII.

** V. hic.* Silius * hæc magni celebrat monumenta Maronis

Iugera facundi qui Ciceronis habet.
Hæredem dominumq; sui, tumuliq; Larisq;
Non alium mallet, nec Maro, nec Cicero.

De eodem Silio. XXVIII.

Iam prope desertos cineres, & sancta Maronis
Nomina qui coleret pauper, & vnus erat.
** Andino, legerem. Et Andin⁹ vates Virgilius.* Silius * Arpino tandem succurrit agello,
Silius, & vatem * non minus ipse tulit,

Ad Iulium Cerealem. XXIX.

Cænabis bellè, Iuli Cerealis, apud me:
Conditio est melior si tibi nulla veni.
Octauam poteris seruare: lauabimur vna:
Scis quam sint Stephani balnea iuncta mihi,
** non minor, ipse, colit.* Prima tibi dabitur ventri lactuca mouendo
Vtilis, & porris fila resecta suis,
Mox vetus, & tenui maior cordyla lacerto:
Sed quam cum rutæ frondibus ova tegant.
Altera non deerunt tenui versata fauilla,
Et Velabrensi massa recocta foco.
Et quæ Picenum senserunt frigus oliuæ,
** supra, προ-πεινειν dixit.* Hæc satis in * gustu: cætera nosse cupis?
Mentiar, vt venias, pisces conchylia sumen,
Et cortis saturas, atque paludis aues
Quæ nec Stella solet rara nisi ponere cæna.
Plus ego polliceor: nil recitabo tibi.
Ipse tuos nobis relegas licet vsque gigantes,
Rura vel æterno proxima Virgilio,

De Claudia Rufina. XXX.

Claudia cæruleis cùm sit Rufina Britannis
Edita, † cur Latiæ pectora plebis habet? † V.
Quale decus formæ? Romanam credere ma- quam.
Italides possunt, Atthides esse suam. (tres
Di bone, quod sancto peperit fæcunda marito † Vide
† Quot sperat generos † quotq; puella nur^9 Quod.
Sic placeat superis, vt coniuge gaudeat vno. †. V.
Etsemqer natis gaudeat illa tribus. quod.

In Zoilum. XXXI.

Vnguenta & casias, & olentem funera myrrhã
Thuraque de medio semicremata rogo.
Et quæ de Stygio rapuisti cinnama lecto,
Improbe de turpi, Zoile, redde sinu,
A pedibus didicêre manus peccare proteruæ.
Non miror furem, qui fugetivus erat.

Ad Vrbicum. XXXII.

Hortatur fieri quod te Lupus, Vrbice, patrum,
Nec credas: nihil est quod minus ille velit,
Ars est captandi, quod nolis velle videri.
Ne facias optat, quod rogat, vt facias.
Dicat prægnantem tua se Cosconia tantum:
Pallidior fiet iam pariente Lupus.
At tu consilio videaris vt vsus amici
Sic morere, vt factum reputet esse patrem.

In Chæræmonem. XXXIII.

Quod nimium laudas Chæræmon Stoice mortem
Vis animum mirer, suspiciamque tuum.
Hanc tibi virtutem fracta facit vrceus ansa,
Et tristis nullo qui tepet igne focus.
Et teges, & vimex, & nudi sponda grabati.,

Et breuis, atq; eadem nocte dieque toga.
O quā magn⁹ homo es, qui face rubentis aceti
Et stipula, & nigro pane carere potes,
*V. Leuconicis. *Lingonicis agedum tumeat tibi culcita lanis,
Constringatq; tuos purpura * texta toros.
*V. pexa. O quam tu *cupias ter viuere Nestoris annos,
Et nihil ex vlla perdere luce voles.
* V. quātum superet. Rebus in angustis facilè est contemnere vitam;
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Ad Seuerum. XXXIV.

Miraris docto quod carmina mitto Seuero,
*V. cum Ad cœnam * quod te, docte Seuere, vocem?
Iuppiter ambrosia satur est, & nectare viuit:
Nos tamen extra Ioui thura merūq; damus.
Omnia cum tibi sint dono concessa deorum,
Si quod habes non vis, ergo quid accipies?

De Charino. XXXV.

Senos Charinus omnibus digitis gerit,
Nec nocte ponit anulos.
Nec cùm lauatur caussa quæ sit quæritis?
Dactyliothecam non habet.

In Iustinum. XXXVI.

Sexcenti cœnant, à te, Iustine, vocati,
Lucis ad officium, quæ tibi prima fuit:
Inter quos memini, non vltimus esse solebam;
Nec locus, hic nobis inuidiosus erat.
* V. cœna. Postera sed festæ reddis solennia * mensæ.
Sexcentis hodie cras mihi natus eris.

In Maronem. XXXVII.

Nil mihi das vivus, dicis post fata daturum;
Si non es stultus, scis, Maro, quid cupiam.

Ad

Ad Mathonem. XXXVIII.

Parua rogas magnos: sed non dant hæc quoque magni,
Vt pudeat leuius te, Matho, magna roga.

Epitaphium Canis Lydiæ. XXXIX.

Amphitheatrales inter nutrita magistros
Venatrix, syluis aspera, blanda domi,
Lydia dicebar domino fidissima dextra,
Qui non Erigones malet habere canem:
Nec quæ dictæa Cephalum de gente secutus
Luciferæ pariter venit ad astra deæ.
Non me longa dies, nec inutilis abstulit ætas,
Qualia Dulichio fata fuêre cani:
Fulmineo spumantis apri sum dente perempta,
Quantus erat Calydon, aut Erymanthe tuus.
Nec queror infernas quamuis cito rapta sub
Non potui fato nobilore mori. (* vmbras. *vndas.

Ad Pætum. XL.

Soluere Pæte decem tibi me sestertia cogis. * V. perdiderit.
* Perdiderat quoniam* Bucca ducenta tibi. * Bucco.
Ne noceant oro, mihi non mea crimina: tu qui
Bis centena potes perdere, perde decem.

Ad Pætum. XLI.

Ad primũ decima lapidem* quod venim⁹ hora * V. qui
Arguimur lentæ crimine pigritiæ.
Non est ista quidem, non est mea sed tua culpa,
Misisti mulas qui mihi Pæte, tuas.

De Baiis. XLII.

Litus beatæ Veneris aureum, Baias,
Baias superbæ blanda dona naturæ,
Vt mille laudem, Flacce versibus Baias:

Laudabo dignè non ſatis tamen Baias.
Sed Martialem malo. Flacce, quàm Baias,
Optare vtrumq; pariter, improbi votum eſt.
Quod ſi deorum munere hoc tibi detur:
Quid gaudiorum eſt Martialis & Baiæ?

De Philoſtrato. XLIII.

A Sinueſſanis conuiua Philoſtratus vndis
Conductum repetens nocte iubente larem,
Pæne imitatus obit ſæuis Elpenora fatis,
Præceps per longos dum ruit vſque gradus.
Non eſſet nymphæ, tam magna pericula paſſ⁹,
Si potius veſtras ille bibiſſet aquas.

Si aquā bibiſſet non vinum lapſus non fuiſſet.

Ad Soſibianum. XLIV.

Nemo habitat gratis, niſi diues & orbus apud te
Nemo domum pluris, Soſibiane, locat.

Ad Antiochum tonſorem. XLV.

Qui nondum Stygias deſcendere quærit ad vndas
Tonſorem fugiat, ſi ſapit, Antiochum.
* Alba minus ſæuis lacerantur brachia cultris,
Cùm furit ad Phygios enthea turba modos,
Mitior implicitas Alcon ſecat enterocelas,
Fractaque fabrili dedolat oſſa manu.
Tondeat hic inopes Cynicos, & Stoica menta,
Collaque puluerulea nudet equina iubet,
Hic miſerum Scythica ſub rupe Promethea radat,
Carnificem nudo pectore paſcat auem.
Ad matrem fugiet Pentheus, ad Mænadas Orphus,
Antiochi tantùm barbara tela ſonent.

*Orba.

Hęc quæcunq; meo numerâsti stigmata mẽto,
  In veteli picta qualia fronte sedent,
Non iracundis fecit grauis vnguibus vxor:
  Antiochi ferrum est, & scelerata manus.
Vnus de cunctis animalibus hircus habet. cor:
  Barbatus viuit, ne ferat Antiochum.

In Parthenophæum. XLVI.

Leniat vt fauces medicus quas aspera vexat,
  Assiduè tussis Parthenopæe tibi:
Mella dari, nucleosq iubet, dulcesq; placentas,
  Et quidquid pueros non sinit esse truces.
At tu non cessas totis tussire diebus.
  Non est hæc tussis, Parthenopæe, gula est.

Epitaphium Canaces. XLVII. (cro,

* Æolidon Canace iacet hoc tumulata sepul-
  Vltima cui paruæ septima venit hyems.
Ah scelus, ah facinus, properas quid flore via-
  Non licet hîc vitæ de breuitate queri, (tor?
Tristius est letho lethi genus: horrida vultus
  Abstulit, & tenero sedit in ore lues:
Ipsaq; * crudeles ederunt oscula morbi
  Nec data sunt nigris tota labella rogis.
Si tam præcipiti fuerant ventura volatu,
  Debuerant alia fata venire via,
Sed mors vocis iter properauit cludere blandæ
  Ne posset duras flectere voce deas.

In Zoilum. XLVIII.

Mentitur qui te vitiosus, Zoile, dixit.
  Non vitiosus homo es, Zoile, sed vitium.

De Theodoro. XLIX.

* *V. Æolidos al. Æolis. heu.*

* *V. cærulei lęserunt.*

Pierios vatis Theodori flamma Penates
Abſtulit hoc Muſis hoc tibi Phœbe placet?
O ſcelus, ô magnum facinus crimenq; dearum
Non arſit pariter, quod domus & dominus.

Ad Germanum. L.

Martia non Rhenus ſalit hic, Germane, quid obſtas,
Et puerum prohibes diuitis imbre lacus?
Barbare non debet ſubmoto ciue * miniſtro
Captiuam victrix vnda leuare ſitim.

* *f. miniſtri.*

*Ad * Garricum. LI.*

* *al. Gauricum.*

Mittebas libram: quadrantem Garrice mittis,
Saltem ſemiſſem Garrice ſolue mihi.

Ad Albium Maximum. LII.

Albi Maxime, ſi * vacauit hora,
Hoc tantum lege: namque & occupatus,
Et non es nimium laborioſus
Tranſis hos quoque quatuor, ſapiſti.

Ad Septitianum. LIII.

Explicitum nobis vſque ad ſua cornua librum.
Et quaſi perfectum Septitiane refers,
Omnia legiſti: credo, ſcio, gaudeo, verum eſt.
Perlegi libros ſic ego quinque tuos.

Ad Lectorem. LIV.

Quamuis tam longo poſſis ſatur eſſe libello
Lector, adhuc à me diſticha pauca petis.
Sed Lupus vſuram, puriq́ue diaria poſcunt.
Lector ſolue; taces diſſimulaſq́ue? Vale,

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.

LIBER XII.

Val. Martialis Prisco suo. S.

SCio me patrocinium debere contumacissimæ triennij desidiæ: quæ absoluenda non esset inter illas quoq; occupationes vrbicas, quibus facilius consequimur, vt molesti potiùs, quam officiosi esse videamur: nedum in hac prouinciali solitudine, vbi nisi etiam intemperanter studeamus, & sine solatio, & sine excusatione secessimus. Accipe ergo rationem, in qua hoc maximum primum est, quòd ciuitatis aures, quibus adsueueram, quæro, & videor mihi in alieno foro litigare. Si quid est enim in libellis meis quod placeat, dictauit auditor. Illam iudiciorum subtilitatem, illud materiarum ingenium, bibliothecas, theatra, conuentus, in quibus studere se voluptatibus non sentiunt: ad summam omnium, * ea quæ delicatè reliquimus, quasi destituti desideramus. Accedit his municipalium rubigo dentium, & iudicij loco liuor, & vnus aut alter mali, in pusillo loco multi: aduersus quos difficile est habere quotidie bonum stomachum. Ne mireris igitur abiecta ab indignante, quæ à gestiente fieri solebant. Ne quid tamen & aduenienti tibi ab vrbe, & exigenti negarem, cui non refero gratiam, si tantùm ea præsto, quæ possim, imperabo mihi, * cui indulgere

*con-

* illud quod.

* V. quod.

*V.censueram. *V.studui.

* consueueram, & * statui paucissimis diebus, vt familiarissimas mihi aures tuas exciperem aduentoria (sua.) Tu velim ista quæ tantùm apud te non periclitantur, diligenter æstimare & excutere non graueris; & quod tibi difficillimum est, de nugis nostris iudices nitore seposito, ne Romam, si ita decreueris, non Hispaniensem librum mittamus, sed Hispanum.

Ad Priscum. I.

Retia dum cessant, latratoresque Molossi,
Et non inuento sylua quiescit apro:
Otia, Prisce, breui poteris donare libello.
Hora nec æstiua est, nec tibi tota perit.

Ad sua carmina. II.

Quæ modò littoreos ibatis carmina Pyrgos,
Ito sacra, iam non puluerulenta via est,

Ad librum suum. III.

Ad populos mitti qui nuper ab vrbe solebas,
Ibis tu Romam nunc peregrine liber.
Aurifori de gente Tagi tetricique Salonis
Dat patrios Manes quæ mihi terra potens.
Non tamen hospes eris, nec iam potes aduena dici,
Cuius habet fratres tot domus alta Remi,
Iure tuo veneranda noui pete limina templi
Reddita Pierio sunt vbi templa choro.
Vel si malueris prima gradiere Sabura:
Atria sunt illic consulis alta mei.
Laurigeros habitat facundus Stella Penates,
Clarus Hianteæ Stella * sititor aquæ.
Fons vbi castalius vitreo torrente superbit,

*petitor erat in contextu

Vnde

Vnde nouem dominas sæpe bibisse ferunt.
Ille dabit populo, patribusq; equitiq; legendum
Nec nimium siccis perlegit † ipse genis † V. ista
Quid titulum posci? versus duo tresue legantur
Clamabunt omnes te, liber, esse meum.

Ad Priscum. IV.

Quod Flacco, Varioq; fuit, summoq; Maroni
Mæcenas atauis regibus ortus eques:
Gentibus, & populis hoc te mihi Prisce Terenti
Fama fuisse loquax, chartaq; dicet anus. † M. S.
Tu facis ingenium tu, si quid posse videmur, *ingenuè*
Tu das † ingenuæ munera pigritiæ. *ius mihi.*

Ad Cæsarem. V.

Longior vndecimi nobis, decimiq; libelli
Arctatus labor est & breue † rasit opus. † V. ve-
Plura legunt vacui, quibus otia tuta dedisti: *sit.*
Hæc lege tu Cæsar, forsan & illa leges,

In commendationem Neruæ. VI.

Contigit Ausoniæ procerum mitissimus aulæ
Nerua, licet toto nunc Helicone frui.
Recta fides, hilaris clementia cauta potestas
Iam redeunt: longi terga, dedêre metus
Hoc populi, gentesq; tuæ pia Roma precantur
Lux tibi sit semper talis & iste diu.
Macte animi, quem rarus habet morumque tuorum, (to
Quos Numa, quos hilaris posset habere Ca-
Largiri, præstare, breues extendere casus,
Et dare quæ faciles vix tribuêre Dei;
Nunc licet, & fas est, sed tu sub principe duro,
Temporibusq; malis ausus es esse bonus.

De Ligia. VII.

Toto vertice quod gerit capillos,
Annos ſi tot habet, Ligia, trima eſt.

In commendationem Traiani. VIII.

Terrarum dea gentiumque Roma,
Cui par eſt nihil & nihil ſecundum:
Traiani modò læta cum futuros
Tot per ſecula computaret annos,
Et fortem iuuenemque Martiumque
In tanto duce militem videret:
Dixit præſide glorioſa tali,
Parthorum proceres, duceſq; Serum,
Thraces, Sauromatæ Getæ, Britanni,
Poſſum oſtendere, Cæſarem venite.

Ad Cæſarem. IX.

Palma regit noſtros, mitiſſime Cæſar, Iberos,
Et placido fruitur pax peregrina iugo.
Ergo agimus læti tanto pro munere grates:
Miſiſti mores in loca noſtra tuos.

De Africano. X.

Habet Africanus millies, & tamen captat.
Fortuna multis dat nimis, ſatis nulli.

Mittit librum ſuum ad Parthenium. XI.

Parthenio dic Muſa tuo, noſtroque ſalutem,
Nam quis ab Aonio Largius amne bibit?
Cuius Pimplæo lyra clarior exit ab antro,
Quam plus Pierio de grege Phœbus amat?
Et ſi fortè, ſed hoc vix eſt ſperare, vacabit:
Tradat vt ipſe duci carmina noſtra roga.
Quatuor & tantùm, timidumq; breuéq; libelli
Commendet verbis: hunc tua Roma legit.

In

In Postumum. XII.

Omnia promittis, cum tota nocte bibisti.
Mane nihil præstas, Postume mane bibe.

Ad Auctum. XIII.

Genus, Aucte, lucri diuites habent iram.
Odisse quàm donare vilius constat.

Ad Priscum. XIV.

Parcius vtaris moneo rapiente veredo
Prisce, nec in lepores tam violentus eas:
Sæpe satisfecit prædæ venator, & acri
Decidit excussus, nec rediturus equo.
Insidias & campus habet, nec fossa, nec agger,
Nec sint saxa licet, fallere plana solent.
Non deerunt qui tanta tibi spectacula præstet:
Inuidia fati sed leuiore cadunt.
Si te delectant animosa pericula: tu scis,
Tutior est virtus, insidiemur apris.
Quid te fræna iuvant temeraria ? sæpius illis
Prisce, datum est equitem rumpere, quàm leporem.

Adulatorium. XV.

Quidquid Parrhasia nitebat aula,
Donatum est oculis, deisque nostris
Miratur Scythicas virentis auri
Flammas Iupiter, & stupet superbus
Regis delicias, grauesque * lusus,
Hæc sunt pocula quæ decent tonantem:
Hæc sunt quæ phrygium decent ministrum.
Omnes cum Ioue nunc sumus beati:
At nuper, pudet, at * pudet * fateri,
Omnes cum Ioue pauperes eramus.

** V. luxus.*
** vertit stylum poëta & foro seruit.*
** V. piget.*

In Lentinum, XVI.

Quare tam multis à te, Lentine diebus
Non abeat febris, quæris & vſque gemis.
Geſtatur tecum ſella, pariterq; leuatur:
Cœnat boletos, oſtrea, ſumen aprum.
Ebria Setino fit ſæpe & ſæpè Falerno:
Nec niſi poſt niueam Cæcuba potat aquam.
Circumfuſa roſis, & nigra recumbit amomo,
Dormit & in pluma, purpureoq; thoro.
Cùm ſic iam pulchrè † tam belle viuat apud te,
Ad Dammam potius vis tua febris eat?

† *V. cum tam benè.*

Ad Iuuenalem- XVII.

Dum tu forſitan inquietus erras
Clamoſa Iuuenalis, in Subura,
Aut collem dominæ teris Dianæ:
Dum per limina te potentiorum
Sudatrix toga ventilat. vagumque
Maior Cælius, & minor fatigant:
Me multos repetita poſt Decembres
Accepit mea, ruſticumque fecit
Auro Bilbilis, & ſuperba ferro,
Hic pigri colimus labore dulci
Bothrodum, Plateamq; Celtiberis
Hæc ſunt nomina craſſiora terris.
Ingenti fruor, improboque ſomno,
Quem nec tertia ſæpe rumpit hora,
Et totum mihi nunc repono quidquid
Ter denos vigilaueram per annos,
Ignota eſt toga: ſed datur petenti
Rupta proxima veſtis è cathedra.
Surgentem focus † excipit ſuperba

† *V. accepit.*

Vicini

Vicini struc cultus iliceti,
Multa villica quem coronat olla,
Dispensat pueris, rogatque longos
Leuis ponere villicus capillos.
Sic me viuere, sic iuuat perire.

De Æmilio. XVIII.

In thermis sumit lactucas, oua, lacertum,
Et cœnare foris, se negat Æmilius.

Ad Marcellam. XIX.

Municipem rigidi quis te Marcella Salonis,
Et genitam nostris quis putet esse locis?
Tam rarum, tam dulce sapis: Pallatia dicent.
Audierint si te vel semel, esse suam.
† Nulla nec in media certauit nata Subura, — † *Vlla. Iunius.*
Nec Capitolini collis alumna tibi.
Nec cito ridebit peregrini gloria partus
Romanam † ducat quam magis esse nurum. — † *V. dicet cum al. deceat.*
Tu desiderium dominæ mihi mitius vrbis
Esse iubes: Romam tu mihi sola facis.

In Læliam. XX.

Dentib⁹ atq; comis, nec te pudet, vteris emptis:
Quid facies, † oculo Lælia? non emitur. — † *oculus Lælia non emitur.*

Ad Iuvencum de conuino curru. XXI.

O iucunda couiue, solitudo,
Carrucæ magis, essedoque gratum
Facundi mihi munus † Hæliani: — † *Hadriani.*
Hic mecum licet, hic Iuvence, quidquid
In buccam tibi venerit, loquaris.
Non vector Libyci niger caballi,
Succinctus neque cursor antecedit,
Nusquam est mulio: manuali tacebunt.

O si conscius esset hic Auitus,
Aurem non ego tertiam timerem;
Totus quàm bene sic dies abire.

In Thelesinum. XXII.

Cùm rogo te nūmos sine pignore, non habeo (inquis.
Idem, si pro me spondet agellus habes.
Quod mihi non credis veteri Thelesine sodali,
Credis † colliculis, arboribusque meis. † *V. cauliculis.*
Ecce reum carus te detulit: adsit agellus.
† Exilii comitem quæris? agellus eat. † *V. Exilio.*

In auarum amicum. XXIII.

Sexaginta teras cum limina mane senator,
Esse tibi videor desidiosus eques:
Quod non à prima discurram luce per vrbem,
Et referam lassus basia mille domum.
Sed tu purpureis vt des noua nomina fastis,
Aut numidûm gentes Cappadocumq; petas.
At mihi, quem cogis medios abrumpere sõnos
Et matutinum ferre patique lutum,
Quid petitur, rupta cùm pes vagus exit aluta,
Et subitus crassæ decidit imber aquæ?
Nec venit ablatis clamator verna lacernis,
Accedit gelidam servus ad auriculam,
Et rogat vt cœnes secum Lætorius, inquit:
Viginti nummis non ego malo famem?
Quod sit cœna mihi, tibi sit prouincia merces,
Et faciamus idem, nec mereamur idem.

In Cinnam. XXIV.

Poto ego sextantes: tu potas Cinna deunces,
Et quereris quod non Cinna bibamus idem.

De Hermogene fure. XXV.

Hermo-

Hermogenes tantus mapparũ, Pontice, fur eſt
  Quantus nummorum vix, puto, Maſſa fuit.
Tu licet obſerues dextram, teneaſque ſiniſtram
  Inueniet, mappam qua ratione trahat.
Ceruinus gelidum ſorbet ſic halitus anguem:
  Caſuras alte ſic rapit Iris aquas.
Nuper cum Mirino peteretur miſſio læſo:
  Subduxit mappas quatuor Hermogenes,
Cretatam prætor cum vellet mittere mappam,
  Prætori mappam ſurripit Hermogenes.
Attulerat mappam nemo, dum furta timentur:
  Mantile è menſa ſurripit Hermogenes.
Hoc quoq; ſi deerit: medios* diſtringere lectos
  Menſarumq; pedes non timet Hermogenes
Quamuis non modica caleant ſpectacula ſole,
  Vela reducuntur, cùm venit Hermogenes.
Feſtinant trepidi ſubſtringere carbaſa nautæ,
  Ad portum quoties paruit Hermogenes.
Linigeri fugiunt calui, ſiſtrataque turba,
  Inter adorantes cùm ſtetit Hermogenes.
Ad cœnam Hermogenes mappam non attulit vnquam
  A cœna ſemper rettulit Hermogenes.

* *forte fringere.*

Ad Aprum. XXVI.

Siccus, ſobrius eſt Aper: quid ad me?
Servum ſic ego laudo, non amicum.

De hortis Macellæ vxoris. XXVII.

Hoc nemus, hi fontes, hæc textilis vmbra ſupi-
  Palmitis hoc riguæ ductile flumen aquæ (ni
Pataq; nec bifero ceſſura roſaria Pæſto:
  Quoq; viret Iani menſe, nec alget olus:

Quæq;

* V. clausis | Quæque natat * clusis anguilla domestica lymphis
triginta | Quæq; gerit similes candida turris aues:
quinque annos | Munera sunt dominæ post septem lustra reuersa
Romæ fuit. | Has Marcella domos, paruaq; regna dedit.
Si mihi Nausiacæ patrios concederet hortos,
Alcinoo possem dicere, malo meos.

In Vacerram. XXVIII.

O Iuliarum dedecus Calendarum,
Vidi, Vacerra, sarcinas tuas, vidi:
* pensio merces ædium aut cellæ. | Quas non retentas * pensione probima
Porrabat vxor rufa crinibus septem,
Et cum sorore cana mater ingenti,
Furias putaui nocte Ditis emersas.
Has tu priores frigore, & fame siccus,
Et non recenti pallidas magis buxo
Irus tuorum temporum sequebaris.
Migrare clivum crederes Aricinum.
Ibat tripes grabatus, & bipes mensa,
Et cum lucerna, corneoque cratere,
Matella curto rapta latere meiebat:
* Focum ferentis suberat amphora ceruix.
* Fuco virenti. M. S. Modij. | Fuisse gerres, aut inutiles mænas
Odor impudicus vrcei fatebatur,
Qualem Marinæ misit aura piscinæ.
Ne quadra deerat casei Tolosatis,
Quadrima nigri nec corona pulei,
Caluæque restes allioque, cepisque,
Nec plena turpi matris olla resina.
Quid quæris ædes, villicosque derides,

Habita-

Habitare gratis, ô Vacerra cùm poſſis?
Hæc ſarcinarum pompa conuenit * ponti.

* mendicis in ponte habitantibus.

Ad Iulium. XXIX.

Triginta mihi, quatuorque meſſes
Tecum, ſi memini, fuêre Iuli:
Quarum dulcia mixta ſunt amaris.
Sed iucunda tamen fuêre plura.
Et ſi calculus omnis huc & illuc
Diuerſus bicolorque digeratur:
Vincet candida turba nigriorem.
Si vitare velis acerba quædam,
Et triſtes animi cauere morſus,
Nulli te facias nimis ſodalem.
Gaudebis minus, & minus dolebis.

In Labullum. XXX.

Libras quatuor aut duas amico,
Algentemque togum, breuemque lænam,
Interdum aureolos manu crepantes,
Poſſint ducere qui duas Kalendas,
Quòd nemo, niſi tu Labulle donas,
Non es, crede mihi, bonus, quid ergo?
Vt verum loquar, optimus malorum.
Piſones, Senecaſque, Memmioſque,
Et Criſpos mihi redde, ſed priores,
Fies protinus vltimus bonorum,
Vis curſu, pedibuſque gloriari:
Tigrim vince, leuemque Paſſerinum.
Nulla eſt gloria præterire aſellos.

In Naſutum. XXXI.

Naſutus nimium cupis videre.
Naſutum volo, nolo Polypoſum.

In Sabellum. XXXII.

Odi te, qua bellus es, Sabelle,
Res eſt putida, bellus & Sabellus,
Bellum denique malo, quàm Sabellum,
Tabeſcas vtinam Sabelle belle,

In Pontilianum. XXXIII.

Mentiris, credo: recitas mala carmina, laudo:
Cantas, canto: bibis, Pontiliane, bibo,
Nil tamen omnino præſtas mihi, mortuus inquis
Accipiam bene te, nil volo: ſed morere.

In Tuccam. XXXIV.

Non es Tucca ſatis, quod es guloſus:
Et dici cupis & cupio videri.

Ad Marcum vnicum. XXXV.

Vnice cognato iunctum mihi ſanguine nomẽ
Quiq; geris ſtudiis corda propinqua meis.
Carmina cum facias ſoli cedentia fratri,
Pectore non minor es, ſed pietate prior.
Nec deerant Zephyri ſi te dare vela iuvaret:
Sed tu littus amas hoc quoq; fratris habes.

Ad Phœbum. XXXVI.

Hædina tibi pelle contegenti
Nudæ tempora verticemq; caluæ,
Feſtiuè tibi, Phœbe, dixit, ille,
Qui dixit caput eſſe calciatum.

Ad Claſſicum. XXXVII.

Vendunt carmina Gallus & Lupercus:
Sanos, Claſſice, nunc nega poëtas.

In habentem varios mores. XXXVIII.

Difficilis, iucundus, acerbus es idem:

Nec

Nec tecum poſſum viuere, nec ſine te.

In lautum inuitatorem. XXXIX.

Boletos, & aprum ſi tanquam vilia ponis,
Et non eſſe putas hæc mea vota: volo,
Si fortunatum fieri me credis & horres,
Vis ſcribi propter quinqué Lucrina, vale.
Lauta tamen cœna eſt: fateor lautiſſima: ſed cras
Nil erit, immo hodie, protinus immo nihil. *V. damnata.
Quod ſciat infelix* damnatæ ſpongia *virgæ, *V. virga.
Vel quicunqué canis, iunctaqué teſta viæ:
Mullorum, leporumq; & ſuminis exitus hic eſt
Salfureuſqué color, carnificeſqué pedes.
Non albana mihi ſit comeſſatio tanti,
Nec Capitolinæ, Pontificumqué dapes:
Imputet ipſe deus nectar mihi, fiet acetum,
Et Vaticani perfida vappa cadi.
Conuiuas alios cœnatum quære * magiſter, *V. magiſtros.
Quos capiant menſæ regna ſuperba tuæ.
Me meus ad ſubitas inuitet amicus ofellas:
Hæc mihi, quã poſſum reddere, cæna placet.

In habentem amænas ædes. XL.

Daphnonas, platanos, ac aërios cypariſſos,
Et non vnius balnea ſolus habes,
Et tua centenis ſtat porticus alta columnis,
Calcatuſqué tuo ſub pede lucet onyx,
Puluereumqué fugax hypocromon vngula plaudit
Et pereuntis aquæ fluctus vbiq; ſonat. *V. non cœnat tibi quiſquam.
Atria lõga patẽt: ſed* nec cœnantibus vſquam,
Nec ſomno locus eſt, quã bene non habitas.

De

De Fabullo. XLI.

Tam sæpe nostrum decipi, Fabullum, quid
Miraris Aule? semper bonus homo tiro est.

Ad Semproniam. XLII.

Tempora Pieria solitus redimere corona,
Nec minus attonitis vox celebrata reis,
Hic situs est, hic ille tuus Sempronia, Rufus:
Cuius & ipse tui flagrat amore cinis.
Dulcis in Elysio narraris fabula campo,
Et stupet ad raptus Tyndaris ipsa tuos,
Tu melior, quæ deserto raptore redisti.
* Illa virum voluit, nec repetita sequi,
Accipient olim cùm te loca læta piorum,
Non erit in Stygia notior vmbra domo:
Non aliena videt, sed amat proserpina raptus
Iste tibi dominam conciliauit amor.

* *Noluit illa virū rectè* M. *S. Modij.*

In paternum. XLIII.

Nummi cùm tibi sint, opesque tantæ,
Quantas ciuis habet, Paterne rarus:
Largiris nihil, incubasque gazæ,
Vt magnus draco, quem canunt poëtæ
Custodem Scythici fuisse * luci.
Sed caussa, vt memoras, & ipse iactas,
Diræ filius est rapacitatis,
Et quid tu fatuos, rudesque quæris,
Illudas quibus, auferasque mentem?
Huic semper vitio pater fuisti,

* *V. nidi*

In Zolium. XLIV.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus
Rem magnam præstas, Zoile, si bonus es.

*In * Policarmum.* XLV.

Ægrotas vno decies, aut sæpius anno,
Nec tibi sed nobis hoc Polycarme nocet.
Nam quoties surgis, soteria poscis amicos.
Sit pudor: ægrota iam Polycarme semel.

* al. Polycharmum.

Ad Sparsum. XLVI.

Cur sæpe sicci parua rura Nomenti,
Laremquê villæ sordidum petam quæris?
Nec cogitandi spatium nec quiescendi,
In vrbe locus est pauperi, negant vitam
Ludimagistri mâne, nocte pistores,
Ærariorum marculi die toto.
Hinc otiosus sordidam quatit mensam
Neroniana numularius massa;
Illinc paludis Malleator Hispanæ,
Tritum nitenti fuste verberat saxum,
Nec turba cessat entheata Bellonæ,
Nec fasciato naufragus loquax trunco,
A matre doctus nec rogare Iudæus,
Nec sulfuratæ lippus institor mercis.
Numerare pigri damna qui potest somni,
Dicet quot æra verberent manus orbis,
Cum secta Colcho Luna vapulat rhombo,
Tu Sparse nescis ista, nec potes scire
Petilianis delicatus in regnis,
Cui plana summos dispicit domus montes,
Et rus in vrbe est, vinitorque Romanus.
Nec in Falerno * monte maior autumnus,
Intraquê limen clausus essedo cursus,
Et in profundo summus, & quies nullis
Offensa linguis, nec dies nisi ad missus.

* colle M. S.

Nos

Nos transeuntis risus excitat turbæ,
Et ad cubile est Roma tædio fessis
Dormite quoties libuit, imus ad villam.

De importunis basiatoribus. XLVII.

Tantum dat tibi basiorum
Post annos modò quindecim reuerso,
Te vicinia tota, te pilosus
Hircoso premit osculo colonus,
Hinc instat tibi textor, inde fullo.
Hinc sutor modò pelle basiata,
Hinc menti dominus pediculosi,
Hinc defioculus, & inde lippus.
Iam tanti tibi non fuit redire.

Ad suum natalem. XLVIII.

Martis alumne dies, roseam quo lampada primum.
Magnaque siderei vidimus ora Dei.
Si te ture coli, viridesque pigebit ad aras,
Quæ fueras latia cultus in vrbe mihi:
Da veniam, seruire tuis quòd nolo Kalendis,
Et qua sum genitus viuere luce volo.

† *De Sabello.* XLIX.

Natali pellere suo ne † calda † Sabello
Desit & vt liquidum potet Alauda merum,
Turbida sollicito transmittere Cæcuba sacco.
Atque inter mensas ire, redire suas:
Excipere hos illos & tota surgere cœna,
Marmora calcantem frigidiora gelu:
Quæ ratio est, hæc sponte tua perferre, patiq;
Quæ te si iubeat rex dominusque neges.

† *De Alauda.*
† *V. nec.*
† *V. Sabelle.*
† *V. Sasinet.*

De Ligurra. L.

Versus

Verſus, & breue, viuidumque carmen
In te ne faciam times, Ligurra,
Et dignus cupis hoc metu videri:
Sed fruſtra metuis, cupiſquè fruſtra,
In tauros Libyci ruunt leones,
Non ſunt papilionibus moleſti.
Quæras cenſeo ſi legi laboras,
Nigri fornicis ebrium poëtam
Frons hæc ſtigmate non meo notanda eſt;

Ad Saturnum. L I.

Antiqui rex magne poli, mundique prioris,
Sub quo pigra quies nec labor vllus erat,
Nec regale nimis fulmen, nec fulmine digna
Sciſſa nec ad Manes, ſed ſita diues humus:
Lætus ad hæc faciliſque veni, ſolennia Priſci
Gaudia, cum ſacris te decet eſſe tuis.
Tu reducem patriæ ſexta, pater optime, bruma
Pacifici Latia reddis ab vrbe Numæ.
Cernis vt Auſonio ſimilis tibi pompa macello
Pendeat, & quantis luxurietur honos?
Quàm non parca manus, largæquè numiſmata menſæ,
Quæ, Saturne, tibi pernumerentur opes? †V. vt q̃s ſit his.
† Vt ſi his pretium meritis, & gratia maior,
Et pater, & frugi ſic tua ſacra colit.
At tu ſanĉte tuo ſic ſemper amêre Decembri:
Hos illi iubeas ſæpe redire dies.

Ad † Cordubam. L II.

Vncta Corduba lætior Venafro, †De malo poëta.
Hiſtra nec minus abſoluta teſta,
Albi quæ ſuperas oues Galeſi,

Nullo

Nullo murice, nec cruore mendax,
Sed tinctis gregibus colore viuo:
Dic vestro, rogo † sit pudor, poëtæ,
* V. si. Necgratis recites meos libellos,
Ferrem, si faceret bonus poëta,
Cui possem dare mutuos honores,
Corrumpit sine talione cælebs.
Cæcus perdere non potest quod aufert.
Nil est deterius latrone nudo:
Nil securius est malo poëta.

De Cinna. LIII.

Vincentem roseos, facieq; comaq; ministros
Cinna cocum fecit, Cinna gulosus homo est.

Ad Amænum. LIV.

Bis quinquaginta domus est tibi millibus empta
Vendere vel summa quam breuiare cupis.
Arte sed emptorum vafra corrumpis Amæne,
Et casa diuitiis ambitiosa latet.
Gemmantes prima fulgent testudine lecti,
Et Maurisiaci pondera rara citri.
Deinde ducenta sonas, & ais non esse minoris
Instructam veli vendis Amæne domum.

De Idibus Maronis. LV.

Maiæ Mercurium creastis Idus,
Augustis redit Idibus Diana,
Octobres Maro consecrauit Idus
Idus sæpe colas, & has & illas,
Qui magni celebras Maronis Idus.

Ad clientes. LVI.

Matutine cliens vrbis mihi caussa relictæ,
Atria si sapias ambitiosa colas,

Non

Non ſum ego cauſidicus, nec amaris litibus aptus:
Sed piger & ſenior, Pieridumque comes
Otia me ſomnuſq; iuvant, quæ magna negauit
Roma mihi redeo ſi vigilatur & hic.

Ad Paullum. LVII.

Sic tanquam tabulas, ſcyphoſqué, Paulle
Omnes archetypos habes amicos.

De Apro. LVIII.

Lintea ferret Apro † vacuus cum vernalá nuper, *† V. vanus.*
Et ſupra togulam luſca ſederet anus.
Atqué olei ſtillam † donaret Opelcius vnctor: *† V. tereret Eupori cus.*
Nudorum tetricus cenſor & aſper erat.
Frangendos calices, effundendumq; Falernum
Clamabat, † biberet qui modò lotus eques.
A ſene ſed poſtquam nummi venêre trecenti: *† V. biberes.*
Sobrius à thermis neſcit abire domum.
O quantum diatheca valent, & quinq; comati! *† V. diatreta.*
Tunc cum pauper erat, non ſitiebat Aper.

Ad Pannicum. LIX,

Iugera mercatus prope † buſta latentis agelli, *† Gallica intellige.*
Et malè † compactæ culmina fulta caſæ.
Deſeris vrbanas, tua prædia, Pannice, lite.., *† V. compoſita.*
Parnaqué, ſed ritæ præmia certa togæ.
Frumentum, milium ptiſanamque fabamque ſolebas
Vendere pragmaticus: nunc emis agricola.

Ad Catullum. LX.

Hæredem tibi me, Catulle, dicis,
Non credam, niſi legero, Catulle

Ad Flaccum. LXI.

† V. cataplus.

Cùm tibi Niliacus portet Cryſtalla † cataſtus,
Accipe de Circo pocula Flaminio.
Hi magis audaces, an ſunt qui talia mittunt
Munera? ſed gemmis vtilis vſus ineſt.
Nullum ſollicitant hæc, Flacce toreumata furem,
Et nimium calidis non vitiantur aquis:
Quid, quòd ſecuro, potat conuiua miniſtro,
Et caſum tremulæ non timuêre manus?
Hoc quoq; non nihil eſt, quòd propinabis in iſtis,
Frangendus † fuerit cum tibi Flacce, calix.

*V. fuerat.

De caritate vini. LXII.

Amphora vigeſſis, modius datur ære quaterno,
Ebrius, & crudus nil habet agricola.

De Æthonte. LXIII.

Ante Iouis ſtatuam crepuit ſatur hiſtrio: pœnā
Iuppiter indixit, viuere de proprio.

Ad Bithynicum. LXIV.

Nil in te ſcripſi, Bithynice: credere non vis,
Et iurare iubes? malo ſatisfacere.

De Calliſtrato. LXV.

Ne lauder dignos, laudat Calliſtratus omnes:
Cui malus eſt nemo, quis bonus eſſe poteſt?

De Vmbro. LXVI.

Brumæ diebus, feriiſque Saturni
Mittebat Vmber aliculam mihi pauper:
Nunc mittit alicam: factus eſt enim diues.

De Menogene. LXVII.

† V. in.

Effugere † è thermis, & circa balnea non eſt
Menogenen, omni tu licet arte velis.
Captabit trepidum dextra læuaque trigonem,

Imputet exceptas vt tibi ſæpe pilas.'
Colliget, & referet † lapſum de puluere follem, † *V. laxum.*
Et ſi iam lotus, iam ſoleatus † erit. † *V. ero.*
Lintea ſi † ſumas, niue candidiora loquetur, † *V. ſumes*
Sint licet infantis ſordidiora ſinu:
Exiguos ſecto comantem dente capillos,
Dicet Achilleas diſpoſuiſſe comas.
Fumoſæ feret ipſe tropin de fæce lagenæ,
Frontis & humorem colliget ipſe tuæ.
Omnia laudabit, mirabitur omnia donec
Perpeſſus, dicas, tædia mille, veni,

Ad Polytimum. LXVIII.

Nolueram, Polytime, tuos violare capillos:
Sed iuvat hoc precibus me tribuiſſe tuis,
Talis erat modo tõſe Pelops, poſitiſq; nitebas
Crinibus, vt totum ſponſa videret ebur,

De Cotta. LXIX.

Bis Cotta ſoleas perdidiſſe ſe queſtus
Dum negligentem ducit ad pedes vernam.
Qui ſolus inopi præſtat, & facit turbam,
Excogitauit homo, ſagax & aſtutus,
Ne facere poſſet tale ſæpius damnum.
Excalceatus ire cœpit ad cœnam.

De Tongiliano. LXX.

Tongilianus habet naſum: ſcio non ego: ſed iã
Nil præter naſum Tongilianus habet,

Ad Charinum. LXXI.

Quòd lana caput alligas, Charine,
Non aures tibi, ſed dolent capilli.

De Marone. LXXII.

Pro ſene, ſed caro votum Maro fecit amico.

Cui grauis & feruens hemitritæos erat.
Si Stygias æger non eſſet miſſus ad vndas,
Vt caderet magno victima grata Ioui
Cœperunt certam medici ſpondere ſalutem.
Ne votum ſoluat, nunc Maro vota facit.

Ad Priſcum. LXXIII.

Sæpe rogare ſoles qualis ſim Priſce futurus,
Si fiam locuples, ſimquè repentè potens.
Quēquam poſſe putas mores narrare futuros?
Dic mihi ſi fias tu leo, qualis eris?

In Tuccam. LXXIV.

† Scribebamus epos: cœpiſti ſcribere: ceſſi
Æmula ne ſtarent carmina noſtra tuis.
Tranſtulit ad tragicos ſe noſtra thalia cothurnos
Aptaſti longum tu quoque ſyrma tibi,
Fila lyræ noui doctis exculta Camænis:
Plectra rapis nobis † ambitione noua.
Audemus ſatyras. Lucilius eſſe laboras.
Ludo leues elegos: tu quoque ludis idem.
Quid minus eſſe poteſt? epigrammata fingere cœpi:
Hinc etiam petitur iam mea fama tibi.
Elige quid nolis, quis enim pudor omnia velle!
Et ſi quid non vis, Tucca relinque mihi.

† *V. Scribebam verſus.*

† *V. ambitioſe.*

Ad Bætim. LXXV.

Bætis oliuifera crinem redimite corona
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.
Quem Bromius, quem Pallas amat, cui rector aquarum
Albula nauigerum per freta pandit iter:

Omni

Omnibus lætis noſtras I nſtantius oras
Intret, & hic populis, vt prior, annus eat,
Non ignorat onus, quod ſit ſuccedere Macro.
Qui ſua metitur pondera ferre poteſt.

In effrontem. LXXV.

Os ataui, † patris naſum, duo lumina patris
Et matris geſtus dicis habere tuæ.
Cùm referas Priſcos, nullamquè in corpore partem
Mentiris; frontem, dic mihi, cuius habes?

† legam patrui, immo an Martial ſit hoc tetraſtichō dubites.

M. VAL. MARTIALIS

EPIGRAMMATON.

LIBER XIII.

Cui nomen inditum Xenia.

I.

NE toga cordylis, & penula deſit oliuis,
Aut inopē metuat ſordida blata famē:
Perdite Niliacas Muſæ mea damna papyros:
Poſtulat ecce nouos ebria bruma ſales.
Non mea magnanimo depugnat teſſera talo.
Senio nec noſtrum cum cane quaſſat ebur.
Hæc mihi charta nuces, hæc eſt mihi charta fritillus:
Alea nec damnum, nec facit iſta lucrum.

In detractorem. II.

Naſutus ſis vſque licet; ſis denique naſus,
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas,
Et poſſis ipſum tu deridere Latinum,
Non potes in nugas dicere plura meas.

Ipſe ego quā dixi; quid dentem dente iuvabit
Rodere? carne opus eſt, ſi ſatur eſſe vels.
Ne perdas operam: qui ſe mirantur, in illos
Virtus habe: nos hæc nouimus eſſe nihil.
Non tamen hoc nimium nihil eſt, ſi candidus (aure,
Nec matutina ſi mihi fronte venis.

Ad Lectorem. III.

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello
Conſtabit nummis quatuor empta tibi;
Quatuor eſt nimium, poterit conſtare duobus,
Et faciet lucrum bibliopola Tryphon.
Hæc licet hoſpitibus pro munere diſticha mitti
Si tibi tam rarus, quam mihi nummus erit.
Addita per titulos ſua nomina rebus habebis:
Prætereas, ſi quid non facit ad Stomachum.

Thus. IV.

Serus vt ætherea Germanicus imperat aula,
Vtquė diu terris, da pia thura Ioui.

Piper. V.

Cerea quæ patulo licet ſic edula lumbo,
Cùm tibi fortè datur, ſi ſapis, adde piper.

Alica. VI.

Nos alicam, mulſum poterit tibi mittere diues,
Si tibi noluerit mittere diues, eme.

Conchis faba. VII.

Si ſpumet rubra conchis tibi pallida teſta,
Lautorum cænis ſæpe negare potes.

Far. VIII.

Imbue plebeias Cluſinis pultibus ollas,
Vt ſatur in vacuis dulcia muſta bibas.

Lens. IX.

Accipe

Accipe Niliacam, Pelusia munera, lentem:
Vilior est alica; carior illa faba.

Simila ex tritico. x.

Nec poteris similæ dotes numerare, nec vsus,
Pistori toties cum sit & apta coco.

Hordeum. xi.

Mulio quod non det tacituris accipe mulis.
Hæc ego* cauponi, non tibi dona dedi. * *coponi.*

Frumentum triticenm. xii.

Ter centum Libyci modios de messe coloni
Sume, sub vrbanus ne moriatur ager.

Betæ. xiii.

Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O quàm sæpe petet vina, piperque cocus?

Lactuca. xiv.

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Dic mihi, cur nostras inchoat illa dapes?

Ligna acapna. xv.

Si vicena tibi Numento rura coluntur,
Ad villam moneo, rustice, ligna feras,

Rapa. xvi.

Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa
Quæ damus, in cælo Romulus esse solet.

Cauliculi. xvii.

Ne tibi pallentes moueant fastidia caules,
Nitrata viridis brassica fiat aqua.

Porri sectiui xviii.

Fila Tarentini grauiter redolentia porri
Edisti quoties, oscula clausa dato,

Porri capitati. xix.

Mittit præcipuos memoralis Aricia porros

In niueo virides ſtipite cerne comas.

Napi. XX.

Hos Amiternus ager felicibus educat hortis:
Nurſinas poteris parcius eſſe pilas.

Aſparagi. XXI.

Mollis in æquorea quæ creuit ſpina Rauenna,
Non erit incultis gratior aſparagis.

Vua duracina. XXII.

Non habilis cyathis, & inutilis vua Lyæo:
Sed non potanti me, tibi nectar ero.

Chia ficus. XXII.

Chia ſeni ſimilis Bacco, quàm Setia miſit:
Ipſa merum ſecum portat, & ipſa ſalem.

Cydonia. XXIV.

Si tibi Cecropio ſaturata Cydonia melle
Ponentur: dicas hæc melimela licet.

Nuces pineæ XXV.

Poma ſumus Cybeles: procul hinc diſcede viator,
Ne cadat in miſerum noſtra ruina caput

Sorba. XXVI.

Sorba ſumus molles nimium durantia ventres:
Aptius hæc puero quàm tibi poma dabo.

Spathalion caryotarum. XXVII.

Aures porrigitur Iani caryota Kalendis,
Sed tamen hoc munus, pauperis eſſe ſolet.

† *Coctana.* XXVIII.

Hæc, tibi quæ torta venerunt condita † menta
Si maiora forent, coctana, ficus erat.

† *Pruna Damaſcena.* XXIX.

Pruna peregrinæ carie rugoſa ſenectæ
Sume dolent duri ſoluere ventris onus

†*Cottana Trũ.* † *meta* *logit Beroaldus Statius appellat Turbi-*

Caſeus

Caseus Lunensis. XXX.

Caseus Etruscæ signatus imagine Lunæ,
Præstabit pueris prandia mille tuis.

Caseus Vestinus. XXXI.

Si sine carne voles ientacula sumere frugi:
Hæc tibi Vestino de grege massa venit.

Caseus Velabrensis. XXXII.

Non quemcunque focum, nec fumum caseus omnem,
Sed Velabrensem qui bibit, ipse sapit.

Casei Trebulani. XXXIII.

Trebula nos genuit, commẽdat gratia duplex,
Siue leui flamma, siue domamur aqua.

Lucanicæ. XXXIV.

Filia Picenæ venio Lucanica porcæ:
Pultibus hinc niueis grata corona † datur,

† *Oliuæ.* XXXV.

Hæc quæ picenis venit subducta trapetis,
Inchoat atq; eadem finit oliua dapes.

Mala citrea. XXXVI.

Aut Corcyræi sunt hæc de frondibus horti,
Aut hæc Massyli poma draconis erant.

Colostrum. XXXVII.

Surripuit pastor quæ nondum stantibus hœdis,
De primo matrum lacte colostra damus.

Hœdi. XXXVIII.

Lascivum pecus, & viridi non vtile Baccho
Dat pænas: nocuit iam tener ille deo.

Oua. XXXIX.

Candida si croceos circumfluit vnda vitellos,
Hesperius scombri temperet oua liquor.

nem ruentem Martialis l. 5. acutam testam.

† *Vas Damascenarũ Turneb.*

† *V. cibat.*

† *Cistella oliuarum legit Turneb.*

Porcellus lactens. XL.

Lacte mero pastum pigræ mihi matris alūnum
Ponat, & Ætolo de sue diues edat.

Apyrina & tuberes. XLI.

Non tibi de Libycis tuberes, & apyrina ramis,
De Nomentanis sed damus arboribus.

Idem. XLII.

Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis,
Et vernæ tuberes, quid tibi cum Libycis?

Sumen. XLIII.

Esse putes nondum sumen: sic vbere largo
Effluit & viuo lacte papilla tumet.

Pulli gallinacei. XLIV.

Si Libycæ nobis volucres, & Phasides essent,
Acciperes: at nunc accipe cortis aues.

Persica. Nucipersica. XLV.

Vilia maternis fueramus præcoqua ramis:
Nunc in adoptiuis Persica cara sumus.

Panes Picentini. XLVI.

Picentina Ceres niueo † sic nectare crescit,
Vt leuis accepta spongia turget aqua.

† *V. sine sed macte.*

Boleti. XLVII.

Argentum, atq; aurum facile est, lenamq; togamq;
Mittere: boletos mittere difficile est.

Ficedula. XLVIII.

Cùm me ficus alat, cùm pascar dulcibus vuis,
Cur potius nomen non dedit vua mihi?

Tubera. XLIX.

Rumpimus altricem tenero de vertice terram
Tubera, boletis poma secunda sumus.

† *Turdorum. corona.* L.

† *Decu-*

Texta

Texta roſis fortaſſe tibi, vel diuite nardo, ria Tur-
At mihi de turdis facta corona placet. nebus
legit.

Anas. LI.

Tota quidem ponatur Anas: ſed pectore tantū,
Et ceruice ſapit: cætera redde coco.

Turtur. LII.

Dum pinguis mihi turtur erit: lactuca valebis,
Et cochleas tibi habe, perdere nolo famem.

Perna. LIII.

Caretana mihi fiet, vel maſſa licebit
De menapis: lauti de petaſone vorent.

Petaſo. LIV.

Muſteus eſt: propera, charos nec differ amicos.
Nam mihi cum vetulo ſis petaſone nihil.

Colocaſia. LV.

Niliacum ridebis olus, lanaſque ſequaces,
Improba cum morſu fila manuſq; trahes.

Iecur anſeris. LVI.

Adſpice quàm tumeat magno iecur anſere ma-
Miratus dices, hoc rogo, creuit vbi? (ius.

Glires. LVII.

Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore ſum, quo me nil niſi ſomnus alit.

Cuniculus. LVIII.

Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris:
Monſtrauit tacitas hoſtibus ille vias.

Attagena. LIX.

Inter ſapores fertur alitum primos
Ionicarum guſtus attagenarum.

Gallina altilis. LX.

Paſcitur & dulci facilis gallina ferina

Paſcitur & tenebris, ingenioſa gula eſt.

Perdix. LXI.

Ponitur Auſoniis auis hæc rariſſima menſis
Hanc in lautorum mandere ſæpe ſoles.

Columbini. LXII.

Ne violes teneras præduro dente columbas,
Tradita ſi Cnidiæ ſunt tibi ſacra deæ.

Galbula. LXIII.

Galbula decipitur calamis, & retibus ales,
Turget adhuc viridi cùm rudis vua mero.

Catta. LXIV.

Pannonicas nobis nunquid dedit Vmbria Cat-(tas:
Mavult hæc domino mittere dona Pudens.

Pauo. LXV.

Miraris quoties gemmantes explicat alas.
Et potes hunc ſæuo tradere dure coco?

Phœnicopterus. LXVI.

Dat mihi penna rubens nomen: ſed lingua gu-
loſis
Noſtra ſapit, quid ſi garrula lingua foret?

Phaſianus. LXXII.

Argiua primùm ſum tranſportata carina,
Antè mihi notum nil niſi Phaſis, erat.

Numidiæ. LXVIII.

Anſere Romano quamuis ſatur Annibal eſſet:
Ipſe ſuas nunquam barbarus edit aues.

Auſer. LXIX.

Hæc ſeruauit auis Tarpeii templa tonantis.
Miraris? nondum fecerat illa deus.

Grues. LXX.

Turbabis verſus, nec littera tota volabit,

Vnam

Vnam perdideris si Palemedis auem.

Rusticula. LXXI.

Rustica sum perdix quid refert, si sapor idem (est?

Carior est perdix: * sic sapit illa magis. * V. nec

Cycnus. LXXII.

Dulcia defectæ modulatur carmina lingua

Cantator cygnus funeris ipse sui.

Porphyriones. LXXIII.

Nomen habet magni volucris tam parua Gigantis,

Et nomen Prasini * Porphyrionis habet. *V. purrionis.

Mullus. LXXIV.

Spiret in aducto, sed iam piger equore mull⁹:

Languescit: vivum da mare, fortis erit.

Muræna. LXXV.

Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo

Non valet exustam mergere sole cutem.

Rhombus. LXXVI.

Quamuis læta gerat patella rhombum:

Rhombus latior est tamen patella.

Ostrea. LXXVII.

Ebria Baiano veni modò concha Lucrino:

Nobile nunc sitio luxuriosa garum.

Squillæ. LXXVIII.

Cæruleus nos Liris amat, quem sylua Maricæ

Protegit: hinc squilla maxima turba sumus.

Scarus. LXXIX.

Hic Scarus, æquoreis qui venit obesus ab vndis * V. Niliaci.

Visceribus bonus est: cætera vile sapit. *V. marcelli.

Coracinus. LXXX.

Princeps * Niliacis raperis, Coracine, * macellis

 Pellææ

*V. es. Pellææ prior * est gloria nulla gulæ.

Echinus. LXXXI.

Iste licet digitos testudine pungat acuta,
Cortice deposito mollis Echinus erit.

Murices. LXXXII.

Sanguine de nostro tinctas ingrate lacernas
Induis, & non est hoc satis, esca sumus.

Gobius. LXXXIII.

In Venetis sint lauta licet conuiuia terris.
Principium cœnæ Gobius esse solet.

Lupus. LXXXIV.

Laneus Euganei lupus excipit ora Timæui,
Æquorea dulces sum sale pastus aquas.

Aurata. LXXXV.

Non omnis laudem, pretiũq; aurata meretur:
Sed cui solus erit concha lucrina cibus.

**Acipensis.* LXXXVI.

Ad Pallatinas * acipensæm. mittere mensas:
Ambrosias ornent munera rara dapes,

Lepus. LXXXVII.

Inter aues turdus, si * quis me iudice * certet,
Intra quadrupedes * gloria prima lepus.

Aper. LXXXVIII.

Qui Diomedæis metuendus setiger agris
Ætola cecidit cuspide, talis erat.

Dama. LXXXIX.

Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum
Imbelles damæ, quid nisi præda sumus?

Oryx. XC.

*Matutinarum non vltima præda ferarum
Sæuus oryx, constat * qui mihi morte canum.

Ceruus

Marginal notes: * *Accipenser. Aldus scribit.* * *idem. Acipensera. quã Sturionem indigitant.* *V. quid * V. certum est. * *Mattya Calius contendi legendum.* * *Turnebus.* * *quod.*

Cervus. XCI.

Hic erat ille tuo domitus Cyparisse capistro:
An magis iste tuus Siluia cervus erat?

Lalisio. XCII.

Cùm tener est onager, solaqué lalisio matre
Pascitur: hoc infans, sed breue nomen habet.

Oleum Venafranum. XCIII.

Hoc tibi Campani sudauit bacca Venafri:
Vnguentum, quoties sumus, & istud olet.

Dorcas. XCIV.

Delicium paruo donabis dorcada nato:
Iactatis solet hanc mittere turba togis.

Caprea. XCV.

Pendentem summa capream de rupe videbis.
Casuram speres, decipit illa canes.

Onager. XCVI.

Pulcer adest onager: mitti venatio debet
* Dentis Erythræi: iam remouete sinus.

*Garum * scombrorum.* XCVII.

Expirantis adhuc scombri de sanguine prima.
Accipe * fæcosum munera cara garum.

Muria. XCVIII.

Antipolitani fateor sum filia thynni:
Essem si scombri, non tibi missa forem.

Mel Atticum. XCIX.

Hoc tibi Thesei populatrix misit Hymetti
Pallados à syluis nobile nectar apis.

Faui Siculi. C.

Cùm dederis * Siculos mediis de collib⁹ Hyblę
Cecropios dicas tu licet esse fauos.

Passum. CI.

Cnossia

* *Gentis Erithreæ.*
* *sociorum Aldus habet.*
* *fastuosum Iunius.*
* *Siculis media.*

Cnoſſia Minoæ genuit vindemia Cretæ
Hoc tibi, quod mulſum pauperis eſſe ſolet.
Picatum vinum. C I I.
Hæc de vitifera veniſſe picata Vienna
Ne dubites? miſit Romulus ipſe mihi.
Mulſum. C I I I.
Attica nectareum turbatis mella Falernum
Miſceri decet hoc à Ganymede merum.
Albanum. C I V.
Hoc de Cæſareis mitis vindemia cellis
Miſit Iuleo qui ſibi mente placet.
Surrentinum. C V.
Surrentina bibis: nec murrhina picta nec aurũ
Sume: dabunt calices hæc tibi vina ſuos.
Falernum. C V I.
De Sinueſſanis venerunt Maſſica prælis:
Condita quo quæris conſule? nullus erat.
Setinum. C V I I.
Pendula * Pontinos quæ ſpectat Setia campos,
Exigua vetulos miſit ab vrbe cados.
Fundanum. C V I I I.
Hæc Fundana tulit felix autumnus Opimi:
Expreſſit mulſum conſul, & ipſe bibit.
Trifolinum. C I X.
Non ſum de primo fateor trifolina Lyæo,
Inter vina tamen ſeptima vitis ero,
Cæcubum. C X.
Cæcuba Fundanis generoſa coquuntur Amyclis
Vitis & in media nata palude viret.
Signium. C X I.
Potabis liquidum Signina morantia ventrem:
Ne

* *V. Pomtinos.*

Ne nimium ſiſtanr, ſit tibi parca ſitis.

Mamertinum. CXII.

Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta
Si detur, quod vis nomen habere poteſt,

Tarraconenſe. CXIII.

Tarraco, Campano tantùm Ceſſura Lyæo,
Hæc genuit Tuſcis æmula vina cadis.

Nomentanum. CXIV.

Nomentana meum tibi dat vindemia Bacchū
Si te Quinctus amat commodiora bibes.

Spoletinum. CXV.

De Spoletinis quæ ſunt carioſa lagenis.
Malueris, quàm ſi muſta Falerna bibas.

Pelignum. CXVI.

* Miſſica Peligni mittunt turbata colonis,
Non tu, libertus ſed bibat ill a tuus.

* *Marſica V.*

Acetum. CXVII.

Amphora Niliaci non ſit tibi vilis aceti
Eſſet cùm * vinum, vilior illa fuit.

* *V. vini.*

Maſſilianum. CXVIII..

Cùm tua centenos expugnet ſportula ciues,
Fumea Maſſiliæ ponere vina potes.

Cæretanum. CXIX,

Cæretana Nepos ponat, Setina putabis.
Non ponit turbæ, cùm tribus illa bibit.

Tarentinum vinum. CXX.

Nobilis & lanis, & felix vitibus Aulon.
Det pretioſa tibi vellera, vina mihi.

Vnguentum. CXXI.

Vnguentum hæredi nunquam, nec vina relin- (quas
Ille habeat nummos: hæc tibi tota dato.

Coro-

Corona rosea. CXXII.

Dat festinatas Cæsar tibi bruma coronas.
Quondam veris erant, nunc tua facta rosa est.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.
LIBER XIV.
Cui Apophoreta inditum nomen.

I. (senatus

SYnthesibus dum gaudet eques dominusq;
Dūq; decent nostrum pilea sumpta Iovē:
Nec timet ædilem moto spectare fritillo,
Cùm videat gelidos iam propè verna lacus:
Divitis alternas, & pauperis accipe sortes:
Premia convivæ det sua quisque suo.
Sunt apinæ, tricæq;, & si quid vilius istis.
Quis nescit? vel quis tam manifesta negat?
Sed quid agam potius madidis Saturne diebus,
Quos tibi pro cœlo filius ipse dedit?
Vis scribam Thebas, Troiāq; malasq; Mycenas?
Lude, inquis, nucibus: perdere nolo nuces.
Quouiscunq; loco potes hunc finire libellum:
Versibus explicitum est omne duobus opus.

Apophoreta. II.

Lemmata si quæris cur sint adscripta, docebo:
Vt, si malueris, lemmata sola legas,

Pugillares citrei. III.

Secta nisi in tenues essemus ligna tabellas,
Essemus Libyci nobile dentis onus.

Quincuplices. IV.

Cæde iuvencorum domini calet area felix,
Quincuplici cera cùm datur altus honor.

Pugillares eburnei. v.

Languida ne triſtes obſcurent lumina ceræ,
Nigra tibi niueum littera pinget ebur.

Pugillares membranei. vI.

Eſſe † puta ceras, licet hæc membrana vocetur — † V. putes.
Delebis, quoties ſcripta nouare voles. — † V. petis.

Chartæ maiores. vII.

Non ſunt munera quæ * putas puella,
Cùm donat vacuas poëtas chartas.

*Chartæ * epiſtolares.* vIII. — * epiſtolicæ.

Seu leuiter noto, ſeu charo miſſa ſodali,
Omnes iſta ſolet charta vocare ſuos.

Loculi eburnei. Ix.

Hos niſi de † fulua loculos implere moneta — † flaua
Non decet, argentum vilia ligna ferant.

† *Loculi lignei.* x. — Sportula.

Si quid adhuc ſupereſt in noſtri fæce locelli,
Munus erit: nihil eſt, ipſe locellus erit.

Tali eborei. xI.

Cum ſteterit nullus vultu tibi talus eodem,
Munera me dices magna dediſſe tibi.

Teſſera. xII.

Non ſim talorum numero par teſſera, dum ſit
Maior, quàm talis alea ſæpe mihi.

Turricula. xIII.

Quærit compoſitos man⁹ improba mittere talos
Si per me miſit, nil niſi vota facit.

Tabula luſoria. xIv.

Hic mihi bis ſeno numeratur teſſera puncto:

Calcu-

Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit.

Nuces. xv.

Alea parua nuces, & non damnoſa videtur:
Sæpè tamen pueris abſtulit * illa nates.

Theca calamaria, xvi.

* *illa.*

Sortitus thecam calamis amare memento:
Cætera nos dedimus, tu leuiora para.

Calculi. xvii.

Inſidioſorum ſi ludis bella latronum,
Gemmeus iſte tibi miles, & hoſtis erit.

Graphiarium. xviii.

Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro:
Si puero dones, non leue munus erit.

Dentiſcalpium. xix.

Lentiſcum melius: ſed ſi tibi fronde cuſpis
Deſuerit, dentes penna leuare poteſt.

Auriſcalpium. xx.

Si tibi moroſa prurigine verminat auris,
Arma damus tantis apta libidinibus.

Acus aurea. xxi.

* *V. Tenuis.*

*Tænia ne madidos violēt bombycina crines,
Figat acus, tortas ſuſtineatque comas.

Pecten ad Caluum. xxii.

Quid faciet nullos hic inuentura capillos,
Multifido buxus quæ tibi dente datur?

* *dele το crines.*

* *Crines ſapo. xxiii.*

* *Catrica.*

* Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capil-
Captiuis poteris cultior eſſe comis. (los:

Mattiacæ pilæ. xxiv.

* *V. quid.*

Si mutare paras longæ vos cara capillos:
Accipe Mottiacas, * quo tibi calua? pilas.

Vmbel-

Vmbella. xxv.

Accipe quæ nimios vincant vmbracula Soles, ** Sit.*
Si licet & ventus; te tua vela tegent.

** Gausapa.* xxvi. **Causia Lipsius & Domitius.*

In Pompeiano rectus spectabo theatro:
Nam ventus populo vela negare solet.

Venabula. xxvii.

Excipient agros, expectabuntque leones:
Intrabunt vrsos sit modò firma manus

Culter venatorius. xxviii.

Si deiecta * geres longo venabula rostro: ** V. gemes.*
Hic breuis, in grandem cominus ibit aprum

Parazonium. xxix.

Militiæ * decus hoc, & grati nomen honoris, **V. quærit grati decus omen honoris.*
Arma tribunicium cingere digna latus,

Pugio. xxx.

Pugio, quem curuis * signat breuis orbita venis,
Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis. ** V. cingit.*

Falx ex ense. xxxi.

Pax me certa * ducis placidos curuauit in vsus, ** V. domus dociles.*
Agricolæ nunc sum, militis ante fui.

Securicula. xxxii.

Cùm fieret tristis soluendis auctio nummis,
Hæc quadringentis millibus empta fuit.

Ferramenta tonsoria. xxxiii.

Tondendis hæc arma tibi sunt apta capillis:
Vnguibus hæc longis, vtilis illa genis.

Scrinium. xxxiv.

* Constrictos nisi das mihi libellos: ** V. Constructos.*
Admittam timeas, trucesque blattas.

Fasces calamorum. xxxv.

Dat

Dat chartis habiles calamos Memphitica tellꝰ
Texantur reliquæ tecta palude tibi.

Candela. xxxvi.

Ancillam tibi sors dedit lucernæ
Totas quæ vigil exigit tenebras.

Lucerna Polymyxos. xxxvii.

Illustrem cùm tota meis conuiuia flammis,
Totque geram myxos, vna lucerna vocor.

Cereus. xxxviii.

Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes.
Subducta est puero namq; lucerna tuo.

Candelabrum Corinthium. xxxix.

Nomina candelæ nobis antiqua dederunt.
Non norat parcos vncta lucerna patres,

Candelabrum ligneum. xl.

Esse vides lignum: serues nisi lumina, fiet
De candelabro magna lucerna tibi.

Pila paganica xli.

Hæc quæ difficilis turget paganica pluma,
Folle minus laxa est, & minus arcta pila.

Pila trigonalis. xlii.

Si me nobilibus scis expulsare sinistris,
Sum tua: si nescis rustice, redde pilam,

Follis. xliii.

Ite procul iuuenes: mitis mihi conuenit ætas:
Folle decet pueros ludere, folle senes.

Harpasta. xliv.

Hæc rapit Antæi velox in puluere draucus,
Grandia qui vano colla labore facit.

Halteres. xlv.

*Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti?

* *Vide quod. mallem quot.*

Exer-

Exercet melius vinea fossa viros.

Galericulum. XLVI.

Non lutet immundũ nitidos ceroma capillos,
Hæc poteris madidas condere pelle comas.

Strigiles. XLVII.

Pergamus has misit curuo † distringere ferro, *† V. destringere.*
Non tam sæpe teret lintea fullo tibi.

Guttus corneus. XLVIII.

Gestauit modò fronte me iuvencus,
Verum rhinocerota me † putabis. *† V. putabas.*

Rhinoceros. XLIX.

Nuper in Ausonia domini spectatus arena
Hic erit ille tibi, cui pila taurus erat.

Crepitaculum. L.

Si quis plorator collo tibi vernula pendet,
Hæc quatiat tenera garrula sistra manu.

Flagellum. LI.

Proficies nihil hoc, cedas licet vsque flagello:
Si tibi purpureo de grege currit equus.

Myrobalanum. LII.

Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Home-
Hoc est vnguento constat, & ex balano. (r⁹

Aphronitrum. LIII.

Rusticus es, nescis quid Græco nomine dicar-
Spuma vocor nitri, dicor & aphronitrum. *† Hini.*

Opobalsama. LIV. (rum *† nimiò*
Balsama me capiunt hæc sunt, vnguenta viro. *sed vtrumq; vitiosè*
Delicias † Nini vos redolete nurus.

Lomentum. LV.

Gratum munus erit, scisso nec inutile ventri, *† V. petat.*
Si clara Staphani balnea luce * petes.

Later-

Laterna cornea. LVI.

Dux Laterna viæ clausis feror aurea flammis;
Et tuta est gremio parua lucerna meo.

Laterna ex vesica. LVII.

Cornea si non sum, numquid sum: fuscior? aut (me
† putet. Vesicam contrà qui venit esse†putat?

Fistula. LVIII.

Quæ me compactum ceris, & arundine vides?
Quid primùm extructa est fistula, talis erat.

Tibiæ. LIX.

Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis:
Sæpe duas pariter, sæpe manaulon habet.

Soleæ lanatæ. LX.

Defuerit si fortè puer, soleasque libebit
Sumere: pro puero proderit ipse sibi.

Muscaria pauonina. LXI.

Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muscas,
Alitis eximiæ cauda superba sumus.

An hæ sanatæ pelles de quibus supra ep. 12. lib. 1

Capta Rhodia. LXII.

Peccantis famuli pugno ne percute dentes:
Clara Rhodos captam, quam tibi misit, edat.

Porcus. LXIII.

Iste tibi faciet bona Saturnalia porcus,
Inter spumantes ilice pastus apros.

Muscarium bubulum. LXIV.

Sordida si flauo fuerit tibi puluere vestis,
Colligat hunc tenui verbere cauda leuis.

Botulus. LXV.

Qui venit botulus medio tibi tempore brumæ,
Saturni septem venerat ante dies.

Psitta-

Pſittacus. LXVI.

Pſittacus à vobis aliorum nomina diſcam:
Hoc didici per me dicere, Cæſar aue.

Pica. LXVII.

Pica loquax certa dominum te voce ſaluto:
Si me non videas eſſe negabis auem.

Narthecium. LXVIII.

Artis ebur medicæ narthecia † cernis habere
Munera quæ cuperet Pactius eſſe ſua.

† *cernis habebis Munera &c.*

Flagra. LXIX.

Ludite laſciui, ſed tantum ludite ſerui:
Hæc ſignata mihi † quinq; diebus erunt.

† *ſaturnalibus quibus domini ſeruis accumbebant.*

Ferula. LXX.

Inuiſæ nimium pueris, grataeque magiſtris,
Clara Prometheo munere ligna ſumus.

Pera. LXXI.

Ne mendica ferat barbati prandia nudi,
Dormiat & retrico cum cane pera rogat.

Scopæ. LXXII.

In pretio ſcopas teſtatur palma fuiſſe:
Sed pretium ſcopis nunc analecta dabunt.

Scalptorium. LXXIII.

Defendet manus hæc ſcapulas mordete moleſte
Pulice vel ſi quid pulice ſordidius.

Manule. LXXIV.

Ne toga barbatos faciat, vel pænula libros,
Hæc abies chartis tempora longa dabit.

Lectus pauoninus. LXXV.

Nomina dat ſpondæ pictis pulcherrima pennis
Nunc Iunonis auis: ſed prius Argus erat.

Ephippium. LXXVI.

Stragula succincti venator sume veredi:
Nam solet à nudo surgere * ficus equo.

Stibadia. LXXVII.

Accipe lunata scriptum testudine * signum:
Octo capit: veniat, quisquis amicus erit.

Gustatorium. LXXVIII.

Femineam nobis cherson si credis inesse,
Deciperis: pelagi mascula præda sumus.

Mensa citrea. LXXIX.

Accipe felices Atlantica munera siluas.
Aurea qui dederit dona minora dabit.

Mensa acerna. LXXX.

Non sum Crispe quidem, nec siluæ filia Mauræ
Sed norunt lauras & mea ligna dapes.

Dentes eborei. LXXXI.

Grandia taurorum portant qui corpora quæris,
An Libycas possint sustinuisse trabes?

* *Quincuspedal.* LXXXII.

Puncta notis ilex, & acuta cuspide clausa,
Sæpe Redemptoris prodere furta solet.

Pocula archetypa. LXXXIII.

Non est ista recens, nec nostri * gloria cœli:
Primus in his* Mentor, dum facit illa, bibit.

Calices. LXXXIV.

Non sumus audacis plebeia toreumata vini:
Nostra nec ardenti gemma feritur aqua.

Phiala aurea calata. LXXXV.

Quamuis Gallaico rubeam generosa metallo,
Glorior arte magis: nam meus iste labor.

Calices vatini. LXXXVI.

Vilia sutoris * calicem monumenta Vatini
Accipe

* *pectus Aldus.*
* *V. sigma & sanè emendatius.*
* *al. Quincupeda.*
* *dotica.*
* *V. meritòdum facit illa bibit.*
* *calices monimenta.*

Accipe: sed * nasus longior ille fuit.

Lances chrysendeta. LXXXVII.

Grandia ne viola paruo chrysendeta * mulso:
Vt nimium libras * debet habere duas,

Vasa Aretina. LXXXVIII.

Aretina nimis ne spernas vasa monemus,
Laurus erat Tuscis Porsena fictilibus.

Bascauda. LXXXIX.

Barbara depictis vini Bascauda Britannis:
Sed me iam mavult dicere Roma suam.

Panaca. XC.

Si non ignota est docti tibi terra Catulli,
Potâsti testa Rhetica vina mea.

Boletaria. CXI.

Cùm mihi boleti dederint tam nobile nomen,
Prototomis, pudet heu, seruio * coliculis.

Calices Surrentini. XCII.

Accipe non vili calices de puluere natos.:
Sed Surrentinæ leue toreuma rotæ.

Colum niuarium. XCIII.

Setinos moneo nostra niue frange trientes:
Pauperiore mero tingere lina potes

Saccus niuarius. XCIV.

Attenuare niues norunt & lintea nostra:
Frigidior colo non salit vnda tuo.

Vrceoli ministratorii. XCV.

Frigida non desit, non deerit calida petenti:
Sed tu morosa ludere parte siti.

Vrceus fictilis. XCVI.

Hic tibi donatur panda ruber vrceus ansa,
Stoicus hoc gelidam Fronto *petebat aquā.

** Vatini nasus longior erat quā calices.*

** famullo. V. dicas.*

** V. cæli colis.*

** V. bibebat.*

Calathi. xcvii. (gris,

Nos Satyrus, nos Bacchus amat, nos ebria ti-
Perfuſos domini lambere docta pedes.

Calices Saguntini. xcviii.

Quæ non ſolicitus teneat ſeruetq; miniſter,
Sume Saguntino pocula ficta luto.

Calices gemmati. xcix.

Gemmatum Scythicis vt luceat ignib⁹ aurum,
Adſpice quot digitos exuit iſte calix.

Ampulla potoria. c.

Hac licet in gēma, quæ ſeruat nomina Coſmi,
Luxurioſè bibas, ſi foliata ſitis.

Cryſtallina. ci.

† *V. peccas Secura nimium ſolliciaq; manu.*

Frangere dum metuis frangis cryſtallina: †pec-
Securæ nimium, ſollicitæq; manus. (cant.

Nimbus vitreus, cii.

Ab Ioue qui veniet miſcenda ad pocula largus,
Fundet nimbus aquas hic † tibi vina dabit.

† *V. quoq;.*

Myrrhina. ciii.

Sic calidum potas, ardenti myrrha Falerno.
Conuenit, & melior † ſi ſapor inde mero.

† *ſit.*

Patella Cumana. civ.

Hanc tibi Cumano rubicundam puluere teſtam
Municipem miſit caſta Sibylla ſuam.

Calices vitrei. cv.

Adſpicis ingenium Nili quibus addere plura.
Dum cupit, ah quoties perdidit auctor opus.

Lagena niuaria. cvi.

Spoletina bibis, vel Marſis condita cellis,
Quo tibi decoctæ nobile frigus aquæ?

Niues. cvii.

Non

Non potare niuem, ſed aquam potare rigentẽ
De niue, commenta eſt ingenioſa ſitis. † V. fumum.

Idem. C V I I I.

Maſſiliæ fumos miſcere niualibus vndis
Parce puer, conſtet ne tibi pluris aqua.

Ligula argentea. C I X.

Quamuis me ligulam dicant equiteſq; patreſq;
Dicor ab indoctis lingula grammaticis.

Cochlearia. C X.

Sum cochleis habilis ſed nec minus vtilis ouis:
Nunquid ſeu potius cur cochleare vocer:

Anuli. C X I.

Antè frequens, ſed nunc rarus nos donat amic⁹
Felix cui comes eſt non alienus eques. † Dactyliotheca Turneb.

† *Dactylotheca.* C X I I.

Sæpe grauis digitis elabitur anulus vnctis:
Tuta mea fiet ſed tua gemma fide.

Toga. C X I I I.

Romanos rerum Dominos gentemq; togatã.
Ille facit, magno qui dedit aſtra patri.

Idem. C X I V.

Si matutinos facile eſt tibi rumpere ſomnos:
Attrita veniet ſportula ſæpè toga.

Endromis. C X V.

Pauperis eſt munus, ſed non eſt pauperis vſus.
Hanc tibi pro togula mittimus endromida.

Canuſinæ fuſcæ. C X V I.

Hæc tibi turbato Canuſina ſimillima mulſo
Munus erit gaude: non cito fiet anus.

Bardocucullus. C X V I I.

Gallia Santonico veſtit te bardocucullo,

Cercopithecorum penula nuper erat.

Canusinæ rufæ. CXVIII.

Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis
Et placet, his pueris militibusq; color.

Pænula scortea. CXIX.

**V. nunquam.* Ingrediare viam cœlo licet vsque sereno.
Ad subitas * nusquam scortea desit aquas.

**al. coccina.* * *Lacernæ.* CXX.

Si Veneno, Prosinóue faues, qui coccin asumis?
** fiant illa.* Ne fias ista transfuga sorte, vide.

Pileus. CXXI.

Si possem totas cuperem misisse laecrnas:
Nunc tantùm capiti munera mitto tuo.

Lacernæ Beticæ. CXXII.

** V. Si* Non est lana mihi mendax, nec mutor aëno:
* Sic placeant Tyriæ, me mea tinxit ouis.

Cænatoria. CXXIII.

Nec fora sunt nobis, nec sunt vadimonia nota:
Hic opus est pictis accubuisse toris.

Lænæ. CXXIV.

Tempore brumali non multum leuia prosunt,
**V. nostra.* Calfaciunt villi pallia * vestra mei.

Lacernæ albæ. CXXV.

Amphiteatrales nos commendamur ad vsus,
Cùm tegit algentes nostra lacerna togas.

**V. regunt.* *Gausapa villosa vel mantile.* CXXVI.

Nobilius villosa * tegant tibi lintea citrum:
** quilibet.* Orbibus in nostris * circulus esse potest.

Cuculli Liburnici. CXXVII.

Iungere nescisti nobis ô stulte lacernas,
**V. cal-* Indueras albas; exue * callaicas.

Vdones

Vdones Cilicii. CXXVIII.

Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti:
Cinyphio * poterit planta latere ſinu.

Lainas à calai gemma quæ ſaphirum imitatur.

** poterat.*

Synthesis. CXXIX.

Dũ toga per quinas gaudet requieſcere luces,
Hos poteras cultus ſumere iure tuo.

Focale. CXXX.

Si recitaturus dedero tibi fortè libellum,
Hoc focale tuas aſſerat auriculas.

Tunicæ Patauinæ. CXXXI.

Vellera cùm ſumant Patauinæ multa trilices,
Et pingues tunicas ſerra ſecare poteſt.

Spongia. CXXXII.

Hæc tibi ſorte datur tergendis ſpongia menſis.
Vtilis, expreſſo cùm leuis imbre tumet.

Pænula gauſapina. CXXXIII.

Is mihi candor ineſt, villorum, gratia tanta eſt,
Vt me vel media ſumere meſſe velis.

Ceruical. CXXXIV.

Tinge caput nardi folio, ceruical olebit:
Perdidit vnguentum cùm coma, pluma tenet.

Lodices. CXXXV.

Nudo ſtragula ne toro paterent.
Iuncta nos tibi venimus ſorores.

Cubicularia polymita. CXXXVI.

Hæc tibi Mẽphitis tellus dat munera: victa eſt
Pectine Niliaco iam Babylonis acus.

Zona. CXXXVII.

Longa ſatis nunc ſum: dulci ſed pondere venter
Si tumeat fiam tunc tibi Zona breuis.

Gauſape quadratum. CXXXVIII.

*Lycao- Lodices mittet docti tibi terra Catulli:
nia sed Nos * Helycaonia de * regione sumus.
rectius *Semicinctium.* c.xxxix.
Helica- Det tunicam*diues:ego te præcingere possum
onia He- Essem si locuples, munus vtrumq; darem.
licaon *Lana amethystina.* c.xl.
Anteno- Ebria Cidoniæ cùm sim de sanguine conchæ,
ris filius Non video quare sobria lana vocer.
*Veneta *Lana alba.* cxli.
seu Pa- Velleribus primis Apulia, Parma secundis
tauina. Nobilis: Altinum tertia laudat ouis.
*. V.lo- *Lana polentina.* cxlii.
cuples. Non tantùm pullo lugentes vellere lanas,
Sed solet & calices hæc dare terra suos.
* V. ve- *Idem.* cxliii.
tat. Lana quidem tristis, sed tonsis apta ministris,
*Leueo- Quales non primo de grege mensa * vocat.
nicum. *Tomentum * Lingonicum* cxliv.
*V.Leu Oppressæ nimium vicina est fascia plumi?
conicus. Vellera * Longonicis accipe rasa sagis.
Tomentum Circense. cxlv.
* V.Leu Tomentum conscisa palus Circense vocatur:
conico. Hæc pro *Lingonico stramina pauper emit.
Pluma. cxlvi.
Lassus amyclæa poteris requiescere pluma,
Interior cycni quam tibi lana dedit.
*Fano. *Fenum.* cxlvii.
Fraudata tumeat facilis tibi culcita plumæ,
Non venit ad duros pallida cura thoros.
Tintinnabulum. cxlviii. (gis?
Redde pilum: sonat æs thermarum ludere per-
Virgi-

* Virgine vis sola lotus abire domum.

Discus. CXLIX.

Splendida cùm volitent Spartani pondera disci,
Este procul pueri: sit semel ille nocens.

Cithara. CL.

Reddidit Eurydicen vati: sed perdidit ipse,
Dum sibi non credit, nec patienter amat.

Idem. CLI.

De Pompeiano sæpe est * electa theatro,
Quæ duxit siluas, detinuitqué feras.

Plectra. CLII.

Feruida ne trito tibi pollice * pusula surgat:
Exornent docilem garrula plectra lyram.

Trochus. CLIII.

In ducenda tota est: das nobis vtile munus.
Iste trochus pueris, at mihi * cantus erit.

Idem. CLIV.

Garrulus in laxo cur anulus orbe vagatur,
Cedat vt argutis obuia turba trochis?

Signum victoriæ. CLV.

Hæc illi sine sorte datur, cui nomina Rhen⁹
Vera dedit: * decies adde Falerna puer.

Sauroctonos Corinthius. CLVI.

Ad te reptanti puer insidiose lacertæ.
Parce: cupit digitis illa perire tuis.

Hyacinthus in tabula pictus. CLVII.

Flectit ab inuiso morientia lumina disco
Oebalius, Phœbi culpa dolorq; puer.

Persona Germanica. CLVIII.

Sum figuli lusus * Rufi persona Bataui.
Quæ tu derides, hæc * timet ora pater.

** aqua virgine sic di [illegible]a vt supra lib. 5. d.*
**al. eiecta.*
** pulsula malè. pusula & pustula idem sunt*
**al. canthus.*
**Hoc lego Germanici.*
** Germanicus decem habet literas.*
** Nusi.*
** Rectè Aldus puer ora timet nisi malis. timet ora puer.*

Hercules Corinthius. CLIX.

Elidit geminos infans, nec respicit angues.
Iam poterat teneras hydra timere manus.

Hercules fictilis. CLX.

Sum fragilis: sed tu moneo ne sperne sigillum.
Non pudet Alciden nomen habere meum.

Minerua argentea. CLXI.

Dic mihi virgo ferox cũ sit tibi cassis & hasta,
Quare non habeas ægida? Cæsar habet.

† Sigerij de quo supra sigerios que modos &c.

Sigillum † Giberii fictile. CLXII.

Ebrius hæc fecit terris puto monstra Promethe
Saturnalico lusit & ipse luto.

Homeri battochomyomachia. CLXIII.

Per lege Mæonio cantatas carmine ranas:
Et frontem nugis soluere disce meis.

Homerus in Membranis. CLXIV.

Ilias, & Priami regnis inimicus Vlysses,
Multiplici pariter condita pelle latent.

Virgilij Culex. CLXV.

Accipe facundi Culicem studiose Maronis:
Ne nugis positis † arma virumq; † canas.

Virgilius in membrana. CLXVI.

Quam breuis † immensum cœpit membrana Maronem!
Ipsius vultus prima tabella gerit.

† En iterum ponis Æneidos principium Arma virumq;.
† V. legas.
† V. intonsum.

Cicero in membranis. CLVII.

Si comes ista tibi fuerit membrana putato
Carpere te longas cum Cicerone vias.

Liuius in membranis. CLXVIII.

Pellibus exiguis arctatur Liuius ingens,
Quem mea non totum bibliotheca capit.

Salu-

Salustius. CLXIX.

Hic erit, vt perhibent doctorum corda viroru̅
Primus Romana Crispus in historia.

† Hic erat Cic. in Acad.

Ouidij Metamorph. in membranis. CLXX.

Hæc tibi multiplici quæ structa est massa tabella,
Carmina Nasonis quinq; decemque gerit.

Lucanus. CLXXI.

Sunt quidam, qui me dicunt non esse poëtam:
Sed qui me vendit bibliopola putat.

Catullus. CLXXII.

Tantum magna suo debet Verona Catullo,
Quantum parua suo Mantua Virgilio.

Calida & frigida aqua. CLXXIII.

Hæc tibi quæ fuerint caldaru̅ nomina †dicunt:
Ipsa suas melius charta natabit aquas.

†*dicit.*

† *V. notabit.*

Mulæ pomiliæ. CLXXIV.

† His tibi de mulis non est metuenda ruina:
Altius in terra pene sedere soles.

† *Huc refer illud. non aliter videtur Atlas cum co̅pare mulo.*

Catella Gallicana. CLXXV.

Delicias parua si vis audire Catellæ,
Narranti breuis est pagina † tota mihi.

† *V. prima.*

Asturco. CLXXVI.

Hic breuis ad numeru̅ rapidos qui colligit vn- (gues,
Venit ab auriferis gentibus Astur equus.

Canis vertagus. CLXXVII.

Non sibi, sed domino venatur vertagus acer,
Illæsum leporem qui tibi dente feret.

Simius. CLXXVIII.

Callidas emissus eludere Simius hastas,
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

Notarius. CLXXIX.

Currant verba licet, manus est velocior illis:
Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

Concha. CLXXX.

† *Fit licet ossa. curris.*

Leuis ab æquorea cortex Mareotica concha
† Fiat: inoffensa curret arundo via.

Morio. CLXXXI.

Non mendax stupor est, nec fingitur arte dolo-
Quisquis plus iusto non sapit, ille sapit. (sa:

Caput arietinum. CLXXXII.

Mollia Phryxei secuisti colla mariti.
Hoc meruit, tunicam qui tibi sæpe dedit?]

† *V. erit*

† *Strongilionis statuam amauit propter artificiũ Plinius lib. 34. cap. 8.*

Pumilio. CLXXXIII.

Si solùm spectes hominis caput, Hectora cre-
Si stantem videas, Astyanacta putes. (des:

Parma. CLXXXIV.

Hæc quæ sæpe solet vinci, quæ vincere raró,
Parma tibi, scutum pumilionis † erat.

Bruti puer, siue pusio. CLXXXV.

Gloria tam parui non est obscura sigilli,
Istius pueri Brutus † amator erat.

Accipiter. CLXXXVI.

† *V. &*

† *Aldus corbulũ scribit, sed retineo corculum cum Lipsio. stul-*

Prædo fuit volucrum, famulus nunc aucupis: idem
Decipit, & captas non sibi mæret aues.

Obsonator. CLXXXVII.

Dic quotus † es, quanti cupias cænare, nec vnũ
Addideris verbum: cæna parata tibi est.

Calami aucupatorij. CLXXXVIII.

Non tantum calamis, sed cantu fallitur ales.
Pallida dum tacita crescit arundo manu.

Corculum. CLXXXIX.

Pauper causidicus nullos referentia nummos
Carmina cum scribas: accipe cor, quod † habes.

Cocus. CXC.

Non satis est ars sola coco, seruire † palato:
Namq; cocus domini debet habere gulam.

Craticula † *cum veru.* CXCI.

Parua tibi curua craticula sudet ofella.
Spumeus in longa cuspide fumet aper.

Pistor dulciarius. CXCII.

†Mille tibi dulces operum manus ista figuras
† Extruit: huic vni parca laborat apis.

† *Ientacula.* CXCIII.

Surgite, iam vendit † pueris ientacula pistor,
Cristatæqué sonant vndique lucis aues.

Turneb. malum veru. † *Melle* † *Extruet.* † *Ientacula adipata Turneb.* † *pueri.*

to n. causidico recte cor mittit. quo carebat.
† *lege abest.*
† *al. palato atque coc⁹ &c. al. coci seruire.*
† *absque veru*

FINIS.

INDEX
OMNIVM LEMMATUM SIVE INSCRIPTIONUM.

Prior numerus librum posterior Epigramma libri ostendit.

A lib: Spectaculorum.

A.

In

De Bais

Can-

De

De

Ad

Mar-

In

Mittit

O

Obso-

Persica

Rhino-

Tibia

SYLLABVS EPIGRAMMATUM IN COMMVNES LOCOS DIGESTORVM.

Prior numerus librum, posterior epigramma libri ostendit.

A. *lib. Spectaculorum.*

A.

Apo-

APOPHORETA. XIV.

FINIS.

154
132
152,
108
96 97

69 70
4 5 6
185
35 41

4 115
5 126
5 136
6 147